

JULII REICHELTI
Exercitatio,
De
AMVLETIS,
æneis figuris illustrata.

ARGENTORATI,

Apud JOH. FRID. SPOOR, & REINHARD. WECHTLER.

Anno clc lxxvi.

222

ILLUSTRATION

Figure 1

10

AMVETIS




ARGENTORATI

ALFRED BIRD, BORN & REINHARD, WICHTER

1921

1921 / 2365



V I R O

*Nobilissimo, Amplissimo, Pru-
dentissimo,*

D O M I N O

ELIAE BRACKENHOFFERO,

Reip. Argentinensis Quindecimviro,
Patrono suo,

S. P. D.

JULIUS REICHELTUS.



Ogitanti mihi jam pridem,
quaratione beneficiis Tuis
obæratu grati animi publi-
cum ederem documentum,
Tuæque erga bonas artes ea-
rumque cultores propensissimæ benevo-
lentia prædicandæ occasionem avide cap-
tanti,

tanti, Ipse ansam præbuiſti, dum me, ut de
Amuletis, quibus præter plurima alia uni-
verſæ Polymathiæ ſubſidia Cimeliarchium
Tuum publica celebritate digniſſimum
inſtructum eſt, quædam meditarer, es hor-
tatus. Cui voluntati Tuæ eo promptiorem
morem geſſi, quo expeditius propoſitum
meum hac ratione maturari poſſe mihi
videbatur. Quanquam aliæ poſtmodum
officii mei occupationes impedimento fu-
erunt, quo minus ex voto id, quod fer-
venti licet animo aggreſſus eram, abſol-
vi potuerit. Ipſa quoque propoſita ma-
teries colligenti tanta copia ſuccreſcebat,
ut ſi omnis hac ſcriptione complectenda
uiſſet, ne jam quidem ad finem pervenire
potuiſſem. Rumpendum itaque erat tra-
ctationis filum, & quæ reſtant, in proxi-
mum, DEO volente, augmentum diffe-
renda. Hac autem vice ſatis largum in-
ſtituti mei fructum conſecutus mihi vide-
or, ſi ad votum Tuum in Senatu Philoſo-
phico de Amuletis ſententiam rogavero,
eoque obtinuero, quod Ampliſſimo No-
mini Tuo conſecrarem. Redit itaque
ad Telibellus hic, cujus ſuſcepti autor ex-
tititſti,

titisti. Redeunt ad Te amuleta, quorum ty-
pos ære expressos, usuræ loco, in sinum
Tuum refundo. Accipe quæso, pro mo-
re Tuo comiter, quod devotissimo cultu
offero, nec muneris exilitatem despice:
quin potius animum & candorem respice.
DEUS vota, quæ pro salute Tua Tuo-
rumque incolumitate nuncupo, & post-
hac suscipere minime cessabo, clementer
exaudiat! Te Reipub. nostræ firmissimum
fulcimentum diutissime servet! largamq;
gratiam referat pro omnibus beneficiis,
quibus me hætenus, nec me solummodo,
verum etiam Academiam nostram macla-
sti: quorum unicum saltem hac opportu-
nitate omnino memorandum. Scilicet
Tua in primis commendatione factum est,
ut ornamentis Academiæ nostræ etiam in-
ter turbulentissima fata efflorescentis, reli-
quis Inclytus noster Magistratus etiam
speculam quandam Astronomicam non
non ita dudum, anno scilicet hujus seculi
septingentesimo tertio addiderit. Perge
quæso Patrocinio Tuo juxta plurimos alios
clientes me meosque conatus fovere, tue-


ri, quo certatim laudes Tuæ, quas inter fa-
lutaes Reipubl. curas de incremento ele-
gantiorum literarum dudum consecutus
es, celebrentur. Vale. Scrib. Argentora-
tidie XI. Febr. anno Chr. clc lcc LXXVI.

DE

Sphalmata Typographica.

Surrepsere festinantibus Sphalmata nec pauca nec le-
via, ex quibus quæ lectorem fallere possint, correctæ exhibeo,
reliqua minoris momenti, ut Zodaici pro Zodiaci, accentus & distin-
ctiones ipse Lector, spero, pro suo candore corrigendo
operam nostram supplebit.

Et quidem pag. 6. lin. 13. pro *disf.* 1. leg. *disf.* 2. *Ε* pro *disf.*
3. l. *disf.* 4. pag. 7. lin. 7. L. 1. leg. L. 14. lin. 11. pro quatuor par-
tes l. quatuor cœli partes. l. 24. pro donec principium. l. donec in prin-
cipium. p. 8. l. 32. pro hac l. hæc. l. 34. *Γαλφομαθηματικῆς* l. *Γαλφομαθημα-
τικῆς*. l. 35. *δὰς ἑξῶν* l. *ζὰς ἑξῶν*. p. 9. l. 35. *naturas elementorum* l. *na-
turas eorum elementares*. p. 11. l. 13. pro *monomœriorum*. l. *monomœ-
riarum*. p. 13. l. 2. *ἀιγόνεων* l. *ἀιγόνεως*, pro *ὕδηνχύν* l. *ὕδηνχός*, l.
34. *ἀπολεσµατικῶς* l. *ἀποτελεσµατικῆς*, p. 14. l. 25. *Gazalus* l. *Gazu-
lus*, l. 12. *reprehenditur* l. *reprehenduntur*, l. 32. *aquator* l. *Ecliptica*,
l. 33. *undecimæ* ? l. *duodecimæ*, vel 77. gr. 44. min. coincidat cum un-
decimæ circulo ? p. 16. l. 34. *accipatiori* ceteris l. *accuratiori* cœlestis, p.
17. l. 29. pro *domini in ejus* l. *domini ejus*, l. 35. pro *luna* l. *luna*. p. 19.
lin. 16. pro *septimi* l. *septimo*. p. 20. lin. 33. pro *referat* l. *referret*, p. 22.
lin. 30. pro *adolendum* l. *autem dolendum*. p. 23. lin. 7. post *πάντισι* l.
χ, lin. 19. pro *φαυμακειῶν* l. *φαρµακειῶν*. p. 26. lin. 4. pro *ὀδικλύπωτον*
l. *διαλύπωτον*. lin. 25. pro *ipsas* l. *ipsos*. p. 27. lin. 8. pro *ἐζήτησεν* l. *ἐζή-
τησεν*, lin. 16. *ἔτωχ' σου* l. *ἔτωσ' σου*, lin. 25. *indulgentiam*) l. *indulgenti-
am intelligit*) p. 29. lin. 17. *argeretur* l. *argueretur*. p. 30. lin. 23. *Min-
erva* l. *Minervæ*. p. 31. lin. 6. *Palladium*, l. *Palladij*. p. 35. lin. 23.
Zephor l. *Zephon*. p. 36. l. 16. *animum* l. *animam*. p. 37. lin. 22. *Hi-
storico memorat* l. *Historico quatuor mêmorat*. p. 38. lin. 18. *ἐξηγκω-
νιστοι* l. *ἐξηγκωνισμένοι* l. 18. *ἐκδεδυµέν* *χ* l. *ἐνδεδυµένοι* *δὲ*. l. 22. *χ* l. *δὲ*.
l. 25. *τελεῖσθαι* l. *τελεῖσθαι*. l. 27. *arcendis* l. *arcendos*. pag. 40. l. 11. *πα-
ρεσδύνην* l. *παρεσδύνην*. l. 22. *gestare*, l. *gestare* *Ε* *urbem*. p. 42. l. 5.
montis l. *mortis*. p. 45. l. 18. *Hic* l. *His*. p. 46. *linea penult.* *ἴσδ* *tetra-
grammaton* l. *ἴσδ* *Tetragrammato præfixum*, *Tetragrammaton*. p. 51.
l. 4. *auctoris* l. *auctores*, l. 17. *certisq.* l. *ceterisq.* l. 20. *in duas* l. *inter-
duas*. p. 54. l. 25. *virilem* l. *viridem*. p. 57. l. 27. 24. l. 29. p. 58. lin. 5.
sent. l. *Cent.* p. 61. l. 14. *deleantur* 3. 5. 21. *Virginis*. p. 62. l. 2. *aut inter*
l. *aut suspende* *ris*, *aut inter*. p. 86 l. 13. *אֵל אֵל* l. *יהי יהי* l. 20. *intelli-
gimus* l. *colligimus*. p. 69. l. 4. *שכונ* l. *שכני*. p. 70. l. 1. *infra* l. *mira*. l. 21.
eorum l. *earum*, l. 23. *opticum* l. *opticam*. p. 71. l. 19. *etiam* l. *enim*. p.
74. l. 21. *gestaret* l. *gestaverit*. p. 80. l. 28. *superstitionem* l. *suspicionem*.
p. 83. l. 18. post *Marsilium* l. *Ficinũ*, p. 87. l. 30. *Spiritum* l. *Spirituum*



DE AMULETIS.

§. I.



Nter alia Astrologorum apotelesma-
ta periculosa & gentilis superstitionis mo-
numenta merito numerantur metalla, lapi-
des aliaq; corpora naturalia variis Characte-
ribus & imaginibus insignita, vel ad figuras
aliarum corporum efficta, quæ peculiari qua-
dam virtute cælesti gravida jactitant, qui fal-

lacibus arcanorum titulis veritatis speciem ipsis lucrari student.

2. Varij varie ea denominant. Latini Amuleta vo-
cant, vel ex mente Vossij Etymolog. pag. 27. rectius Amole-
ta, ab amoliendo; Præbia à prohibendo, ut mavult, idem
Voss. pag. 405. Ligaturas. Græci φιλακτήρια, ἀλεξιφάρμακα,
σοιχῆια, περιάμματα, πείαπτα (unde forte originem tra-
hit Leonh. Thurneisseri Æthiopicum **XBVXTZK::**
Periapteno, qui Onomastici pag. 172. Periapteno, inquit, dis-
sind Zeichen/Siegel/sonst Ligaturen oder Amuleten genannt/
werden von mancherley sachen / als Metall / Steinen / Wur-
ken und andern specien nach den ständen der Gestirn / für
mancherley Fess und Wengel bereitet / wie dann Alexand.
Trallianus ein herrlich Bildnuß in Agstein / fürs Krimmen
im Leib gebraucht) Chaldæi **ܐܡܘܠܬܐ** à radice **ܐܡܠܬܐ**: Arabes
طاسمات **طاسمات**: unde vulgo Talismæ vel Tilse-
mæ, figuræ Talismanicæ vel Tilsemanicæ dicuntur. Judæi
מגן דוד, scuta Davidis.

3. Ex hisce Amuleti magis tritum vocabulum notat
A latius

9. Sed fortasse Amuletorum defensor sententiæ suæ opem petet ab intelligentiis vel à dæmonibus, quales planetis præsertim adscripserunt Ægyptij, Arabes, Hebræi, Græci, qui ut continua causarum catena ima summis jungerent, secundum illud Tabulæ Smaragdinae: *Quod est inferius, est sicut id, quod est superius: & quod est superius, est sicut id, quod est inferius*, subjecerunt universam rerum terrestrium œconomiam sideribus, sidera intelligentiis seu dæmonibus, intelligentias seu dæmones primo enti, ordine tam specioso, qui animum minus cautum facile occupet. Negatur vero æque facile commentum hoc, ac asseritur & quidem rectius: quippe ut motus, ita & influxus siderum, qualiscunque fuerit, soli corporum cælestium formæ cum Physicis tribuendus erit.

10. Effectum methodo analytica sequitur subjectum, si-
ve corpus influxum cœlestem recipiens, quod ex naturalibus
plerumque vel vegetabile vel minerale. Malunt tamen ar-
tifices amuletorum eligere aliquod minerale, quale vegetabi-
li solidius facultatem impressam firmiter & diutius retinere
creditur. Hinc sæpius occurrunt gemmæ Talismarum ima-
ginibus vel characteribus notatæ, sapissime metalla. Re-
spiciunt autem in eligendo subjecto vel naturam mali tol-
lendi vel sideris. In malo quodam, veluti morbo tollendo,
corpus quodcunque qualitatibus malo contrarium eligendum
esse censet Gaffarellus. Sideris naturam qui observant, eli-
gunt vel mineralia, vel vegetabilia, quæ naturæ sideris pro-
pius accedere & in quibus vim suam maxime exserere si-
dera persuasum habent. Et quidem Planetis quænam cor-
porum naturalium species attribuantur, exponit ex antiquis
Vettius Valens; ex recentioribus præter plurimos alios Corn.
Agripp. Occult. Philosoph. L. 1. c. 22. & seqq. Kirch. Oedip.
Ægypt. Tom. 2. part. 2. pag. 179. & seqq. confer. pag. 366. Au-
gustus Erzlerus in Isagoge Physico-Magico-Medica de septe-
nario numero: Israel Hiebner in mysterio sigillorum, herba-
rum & lapidum: Stellis vero fixis attributa corpora recen-
set idem Corn. Agrippa Occult. Phil. l. 1. c. 32. Kirch. Oedip.
Tom. 2. part. 2. pag. 177. Confer. pag. 359. & seqq. Sed quid de

latius omne id, quod collo vel reliquæ corporis parti alligant vel quomodocunque adjungunt, vel etiam in vestimentis secum gestant, vel certo loco ponunt, ad depellendos morbos, corporis firmitatem corroborandam, vel ad alia comparanda, sive id fiat licito & naturali modo, sive superstitioso: strictius significat corpus aliquod Characteribus, imagine vel figura certa insignitum, ad singulares effectus virtute quadam cœlesti præstandos. Quo posteriori sensu Amuleti vocabulum in thesibus nostris intelligendum supponimus.

4. Commentum hujus antiquitatem nonnulli probant ex Syrorum תרפים Gen. 31. 9. quæ cum Sabæorum Tilfemis convenire putant Nicol. Fullerus Misc. Theolog. L. 1. c. 16. Selden. de Diis Syris Syntagm. 1. c. 2. Hotting. Hist. Orient. L. 1. c. 8. p. m. 196. cujus vero rei certitudinem minorem judicat in disputatione sua de Teraphim Augustus Pfeifferus, vestigiis Scripturæ S. pressius insistens. Ejusdem artificij fuisse Syrorum in aures memoratas Genes. 35. v. 4. censet notis suis Biblicis Abr. Calov. ad cit. locum. Huc quoque referunt medelam Philistæorum 1. Sam. 5. v. 6.

5. Cæterum Arabicæ Tilfemæ Apollonio Tyanæo velut auctori tribuuntur, easque in orbem invexisse, Arabes Muhammedani pariter ac Christiani tradunt. Ex Arabibus autem in primis operam dabant Tilfemis fabricandis Sabæi, ex quibus insignis artifex memoratur Ibn Vahschija. Operosissimos quoque fuisse in conficiendis ejusmodi imagunculis Gnosticos, Basilidianos, Marcosios & Valentinianos, abunde docet Johannis Macarij Abraxas & in adjecis notis Joh. Chiffletus, qui librum istum Macarij posthumum edidit. Idem argumentum etiam prolixè tractavit Athanas. Kircherus Oedip. Ægyptiaci Tom. 2. part. 2.

6. Ex scriptoribus Amuletorum Christianis famosiores sunt Henr. Cornelius Agrippa, qui suam occultam Philosophiam doctrinâ ista oppido denigravit: Theophrastus Paracelsus autor Archidoxis Magicæ: & Jacobus Gaffarellus Theol. & Juris Doctor, qui Gallico idiomate edidit *Curiositez inoyes, h. e. Curiositates inauditas de Sculptura Talismanica*

manica Persarum, horoscopo Patriarcharum & lectione stellarum: Sed postea sententiam suam publice retractare coactus est, coram Theologiæ Parisiensis Facultate Sorbonica die 4. Octobr. 1629. Id quod memoriæ prodidit Joh. Baptista Morinus circa finem Lib. 20. Astrologiæ Gallicæ. Sparsum quoque rei amuletariæ meminerunt plurimi scriptores, quorum nomina magna ex parte in thesibus nostris obvia uberius hic commemorare studio superfedemus.

7. Summam artis in exemplo hydropis curandi proposito Gaffarellus inauditarum Curiositatum part. 2. cap. 6. num. 17. octo partibus distinxit, quarum prima est effectus propositus, secunda subjectum amuleti, tertia signum per horoscopum ascendens, quarta signum, cui morbus adscribitur, quinta signum sympatheticum, sexta signum, cui membrum morbo maxime affectum subjectum est, septima siderum est, quæ ipsi ægro potissimum dominantur, octava certorum aspectuum. His omnibus rite pensitatis & eodem tempore consentientibus, figuram quandam effectui præstando analogam materiæ convenienti insculpere, vel ex materia effingere jubet. Omnes tamen enumeratas partes in plurimis aliis amuletis observari non posse concedit.

6. Singulas partes accuratius ad sanioris Philosophiæ regulam examinabimus. Et primo quidem de effectû quærendum, an influentia cœlestis corpori cuidam arte infundi seu comparari possit? Quod merito negamus, quia & ipsa influentia cœli universalis omnibus individuis ex æquo competit, & media virtutis cœlestis, subjecto alicui largius ut influat, conciliandæ nulla ars suppeditare valet, ut in exâmine mediorum infra clarius patebit. Nec obstat I. experientia, quam jactitant in exemplis à Gaffarello allatis, quibus naturalem evidentiam omnino denegamus. Nulla quippe legitima sequela, sive post confectum & adhibitum amuletum promissus effectus appareat, sive post destructum amuletum malum averruncatum redeat, colligi poterit, factum id esse virtute cœlesti amuleto ab artifice infuso. Poterit enim causa ista latens esse vel dæmon, vel imaginatio, ex sententia

Dani. Sennerti, in lib. de consensu & dissensu Chymicorum cum Aristotel. & Galenicis cap. 18. pag. m. 340. Ph. Jac. Sachs Gammarolog. L. 2. c. 9. p. m. 867. Ol. Olai Borrichij de Cabala Characterali dissertationis cap. 3. Imo Civis Gaffarelli Morinus Astrolog. Gallicæ L. 20. c. ult. p. m. 493. nihil efficacius Gaffarello objici posse existimat, quam quod ipse nunquam Tilsenam aliquam præsentis efficaciam viderit, nec fecerit. Nec I I. analogia naturæ, cujus benignitate nonnullorum corporum naturalium virtutes signo aliquo externo revelatas esse asserunt. Nimis enim distant natura infinitæ potentia & ars humani ingenij arctissimis limitibus definita. Cautè quidem arbitrium humanum Gaffarellus excipit, quod sidera inclinationibus potius tentare, quam vi aliqua cogere Astrologi sentiunt. Frustra igitur hodie Principum & Magnatum gratiam & benevolentiam, judicis favorem, victoriam bellicam, itinera tuta, conjugium felix & quæ ejusmodi sunt alia, promittunt amuletorum artifices: huncque terminum transgressi sunt quam maxime vetustioris superstitionis populi, qui invasiones hostium prohibere, omnisque generis mala averruncare, imo oracula ex Tilsemis & futurorum prædictionem sollicitare ausi sunt. Verum nec reliqui effectus artis humanæ sunt, quas speciatim recenset Gaffarellus, qui amuletis bestias noxias, ut Scorpiones, mures abigi, ventorum violentiam cohiberi, fulmina vel grandinem averti & morbos sanari posse putat. Egregiæ artes, quas ne gentiles saniores probarunt. Siquidem earum insinuat Christianos Celsus apud Orig. pag. m. 301. editionis Cantabrigiensis. Talia præstitisse Apollonium Tyanæum, refert Justin. respons. ad Orthodox. cap. 24. cujus facinora Christi miraculis opposuit Hierocles. Adversus hunc peculiarem librum scripsit Eusebius, quo diabolicæ collusionis Apollonij istius celeberrimi Magi τελέσματα uberius convicit. Exprimamus mentem nostram verbis citati Patris, quæ extant pag. 514 Editionis Parisiensis: εἴ τις ὑπερπηδᾷ τὰς ὁρὰς καὶ φιλοσοφίας ὑπέστερα φρονεῖν θρασύνοιτο, γῶης ἀτέχνως ἀντὶ φιλοσόφου φωραθήσεται, si quis terminos evagari, supraq. Philosophiam se ferre ausit, magus pro Philosopho deprehendetur.

9. Sed fortasse Amuletorum defensor sententiæ suæ opem petet ab intelligentiis vel à dæmonibus, quales planetis præsertim adscripserunt Ægyptij, Arabes, Hebræi, Græci, qui ut continua causarum catena ima summis conjungerent, secundum illud Tabulæ Smaragdinae: *Quod est inferius, est sicut id, quod est superius: & quod est superius, est sicut id, quod est inferius*, subjecerunt universam rerum terrestrium œconomiam sideribus, sidera intelligentiis seu dæmonibus, intelligentias seu dæmones primo enti, ordine tam specioso, qui animum minus cautum facile occupet. Negatur vero æque facile commentum hoc, ac asseritur & quidem rectius: quippe ut motus, ita & influxus siderum, qualiscunque fuerit, soli corporum cælestium formæ cum Physicis tribuendus erit.

10. Effectum methodo analytica sequitur subiectum, si-
ve corpus influxum cœlestem recipiens, quod ex naturalibus plerumque vel vegetabile vel minerale. Malunt tamen artifices amuletorum eligere aliquod minerale, quale vegetabili solidius facultatem impressam firmitus & diutius retinere creditur. Hinc sæpius occurrunt gemmæ Talismarum imaginibus vel characteribus notatæ, sæpissime metalla. Respiciunt autem in eligendo subiecto vel naturam mali tollendi vel sideris. In malo quodam, veluti morbo tollendo, corpus quodcunq; qualitatibus malo contrarium eligendum esse censet Gaffarellus. Sideris naturam qui observant, eligunt vel mineralia, vel vegetabilia, quæ naturæ sideris propius accedere & in quibus vim suam maxime exserere sidera persuasum habent. Et quidem Planetis quænam corporum naturalium species attribuantur, exponit ex antiquis Vettius Valens; ex recentioribus præter plurimos alios Corn. Agripp. Occult. Philosoph. L. 1. c. 22. & seqq. Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. 2. part. 2. pag. 179. & seqq. confer. pag. 366. Augustus Erzlerus in Isagoge Physico-Magico-Medica de septenario numero: Israel Hiebner in mysterio sigillorum, herbarum & lapidum: Stellis vero fixis attributa corpora recenset idem Corn. Agrippa Occult. Phil. l. 1. c. 32. Kirch. Oedip. Tom. 2. part. 2. pag. 177. Conf. pag. 359. & seqq. Sed quid de
A 3 hac

hac distributione statuendum? Omnino improbandum est dominium illud in corpora seu mineralium sive vegetabilium seu animalium, quod Astrologi Planetis præsertim attribuant, sic *describentes siderum apotelesmata* (Verba sunt ingeniosissimi Keppleri lib. 4. de harmonia mundi cap. 7.) *ac si illa dii quidam essent: securissimi, quo medio illa unum quodq; perficiant apud nos in terris, cum ipsa in cælo maneant, nec quicquam quod sensibus patet, ad nos præter radios lucidos demittant.* Et si vel maxime harmonicen aliquam instituere vellemus, non tamen singulis corporibus unicum tantummodo planetam, nec singulis planetis speciatim unicum metallum adscribendum videtur. Exemplum habet Abdias Trevv Astrologiæ Medicæ disput. 1. thes. 26. & seqq. disput. 3. thes. 4. Hinc etiam, ut maneamus in exemplo metallorum, diversimode Planetis ea disperitiuntur. Quidam enim Jovi stannum, Veneri cuprum: quidam Jovi cuprum, Veneri stannum adscribunt. Conf. Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. 2. part. 2. cap. 6. Conf. pag. 179. & seqq. & pag. 366.

II. Progredimur ad tertiam tractationis nostræ partem, quæ media tradit vel operationis, vel applicationis. Illa sunt influxus cælestes ad diversos siderum positus diversi; hæc ab artifice adhibentur in conciliandis siderum influentiis. Ex sideribus præcipuum est in horoscopo constitutum, hoc est, horizontem orientalem stringens. *Ἀρχὴ γάρ, inquit Sext. Empiricus adversus Mathematic. L. 5. pag. 117. καὶ ὡς περ θεμέλιος τῆς Χαλδαϊκῆς ἐστὶ τὸ σήναι τὸν ὠρόσκοπον, primum enim & velut fundamentum Chaldaicæ doctrinæ est constituisse horoscopum.* Gaffarellus cit. loco requirit signum Zodaici malo tollendo qualitate contrarium, ut in curando hydrope, morbo ex ipsius sententia humido signum arietis calidum & siccum. Dividunt Astrologi duodecim Eclipticæ signa secundum numerum elementorum in ignea, aerea, aquea & terrea; cujus divisionis fundamentum quæsit Ptolemæus in quartis anni, qua ratione forent quadrantis verni tria signa ♈ ♉ ♊ aereæ; æstivi ♋ ♌ ♍ igneæ; autumnalis ♎ ♏ ♐ aqueæ & hyberni ♑ ♒ ♓ terrea naturæ, sed nobis in hemisphærio telluris septentrionali degen-

degentibus; contrariæ vero in hemisphærio australi viventibus, dissimilis quoque sub æquatore habitantibus, aperta absurditate. Recentiores quatuor triangulis Eclipticæ inscriptis *ισοπλευροῖς*, collegerunt trigono igneo $\nabla \Omega \rightarrow$; aereo $\Pi \equiv \approx$; aqueo $\odot \mathcal{M} \times$; & terreo $\gamma \mathfrak{M} \times$. Cujus distributionis fundamentum solidius excogitasse sibi visus est Morinus, quod operosissime exponit Astrolog. Gall. L. 1. c. 5. supponens distinctionem cæli in dodecatemoria naturalem, quam proxime præcedenti cap. 3. & 4. probare conatur argumentatione, cui ipse diffidit, 1. ex sectione mutua circulorum eclipticæ & colorum in quatuor partes æquales. 2. ex tribus Circulis maximis sphaeræ ita inscriptis, ut singuli in quatuor partes æquales, secantur, inque harum terminos incidant circulorum poli ter assumpti, præsupponens & circulos & in his data quævis puncta omnem vim & essentiam habere ex polis & ex istis colligens: si triplex polorum vis, ex quatuor partium terminis in circulum effusa concipiatur, consurgere in ipso circulo quater tres virtutes ejusdem naturæ. Satis obscura inanitas! sufficiat hypothesis falsitatem notasse. Circumferentia, quam Morinus cum vulgo Astrologorum circulum vocat, contra Euclid. Elem. L. 1. def. 15. & Theodos. Sphæric, Lib. 1. defin. 5. est terminus circuli, qui generatur ex motu rectæ, cujus unus terminus in dato puncto quiescit; alter vero circumducitur, donec principium motus redeat. Est itaque primum principium & circuli & circumferentiæ centrum, quod expresse testatur Keplerus eo ipso in loco, quem in argumenti sui probationem ex ipsius Astronomiæ Copernicanæ Lib. 1. pag. 48. & 49. Morinus exscriptum adhibuit. Cum itaque polus constitutionem circuli non ingrediatur, qui igitur essentiam ipsi acceptam feret? Objicienti forte, circumferentiam non solum globo ab artifice adscribi ex polis; verum etiam moveri circa polos: respondeo primum: aliam esse descriptionem circuli naturalem, de qua hic sermo, quæque fit brevissimæ lineæ motu per Vitell. Lib. 5. theor. 5. aliam artificis, quando loco occulti centri polum assumere cogitur, cujus distantia à circumfe-

cumferentia major ac centri : secundo separandam esse circumferentiam qua talem à mobili. Circumferentia in præciso sui conceptu nullos involvit polos. Ita hypothefi destructa sponte ruit omnis argumentatio Morini, pro obtinenda naturali distinctione cœli in dodecatemoria instituta. Arbitraria igitur cum sit distinctio ista, quam Ægyptiis inventoribus tribuunt, etiam distinctio trigonorum ex solo hominum arbitrio dependet, consentiente Kepplero cap. 6. Libri de nova stella: frustranea quoque erit omnis opera excogitati commenti, quo trigonorum singulorum qualitates elementares stabilire conatus est. Cæterum, quæ plerique dodecatemiorum efficaciam obijciunt, obijcit quoque Gass. Phys. sect. 2. L. 6. c. 2. pag. 724. Ingenue hunc Astrologorum errorem fatetur Abd. Trevv. Astrolog. Med. disput. 1. thes. 36. *Quod quatuor qualitatibus elementaribus pollere & differre ab invicem inferunt Astrologi, majori faciunt absurditate, quam si asinum iisdem qualitatibus pollere cum equo dicant, quod uterq, & ut Homerus loquitur, μῶνυξ sit. Et tamen tantum tribuunt huic commento Astrologi nonnulli, ut eo utramq, paginam compleant prognostici tempestatis tanto futuræ vel calidioris vel frigidioris, quanto plures planeta insignis calidis vel frigidis inveniunt. Veteres potius signorum figuram spectasse, ut in scorpionibus abigendis, signum scorpionis orientis male affectum, testantur multa Arabum monumenta, ob occultam scilicet, quam credebant, sympathiam, de qua in thes. 14.*

12. Post signum Oriens Gaffarellus signum, seu potius Planetam, morbi observare jubet, ut in hydrope curando Saturnum, supponens cum Astrologorum turba planetas morborum causas. Quæ assertio fundamenti loco præmittit membra corporis humani certis Planetis assignata : in qua hypothefi Cardanus Ptolemæum à contradictione in suis commentariis liberalisse sibi visus est, distinguendo inter membra exteriora & interiora ; hac planetis, illa dodecatemoriis tribuens. Quæ vero ratione membris illis principium morbi imprimatur, explicat Hermes statim ab initio suæ τατρομαθηματικῆς, hisce verbis: *Εν τῇ καταβολῇ τῆ ἀνθρώπου σπέρματι, ἐκ τῶν δασέων ἀκτῖνες ἐπιπλέκονται ἐφ' ἑκάστον μέλ^{ος} τῆ ἀνθρώπου. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκτροπῆς*

ἐκτροπῆς, κατὰ τὴν τῶν 1β. ζωδίων θέσιν. *In dejectione seminis hu-
mani ex septem stellis radij implicantur, in unoquoq; hominis membro,
similiter quoq; & in exitu secundum 12. signorum Zodaici positum. pau-
lo post : ἐάντις ἐν τῶν κακῶς πύχῃ κείμενθ' ἐπὶ τῆς σπορᾶς ἢ τῆς
γεννήσεως, ἐπὶ τῇ προσωκειωμένῃ αὐτῷ μέλῃ, ἢ πύρωσις γίνεται. ho-
rum igitur si quis male positus fuerit in satru aut nativitate, in mem-
bro ei cognato oblesio oritur.* Præcipua autem lædendi vis Sa-
turno & Marti adscribitur, utpote à quibus reliqui planetæ
infestentur. Nos quidem non omnem corruptionis morbique
causam cœlo denegamus; sed præter ea, quæ Medica censu-
ra monere potest, occurrunt in speciali morborum distribu-
tione Astrologorum argumenta accuratius perpendentibus
dubia nec pauca nec levia. Manebimus in exemplo Gaffa-
relli, qui hydropis sedem in hepate, causam in Saturno ponit.
At per superiorem regulam hepar non Saturno, sed vel ex
mente Ptolemæi & Procli Paraphrastæ Veneri, vel secundum
Cardanum Jovi subiectum ab ipso Saturno non vitiabitur.
Forte dominus hepatis à Saturno infestatus hostiles Saturni
radios membro subiecto immittit? quales ergo? frigidos u-
tique. Oritur enim hic morbus ex imminuto calore mem-
bri sanguifici, ex communi veteris Medicorum Scholæ sen-
tentia. Sed qui probabitur frigiditas illa Saturnina? Ptole-
mæus quadripartit. L. 1. c. 4. frigiditatis causam esse conjicit
maximam Saturni à Sole distantiam διὰ τὸ πλεῖστον, ὡς ἔοικεν,
ἀμα τῆς τε τῆς ἡλίου θερμασίας ἀφεστάναι, quod ut verisimile est, & à So-
lis calore, & terræ humiditate longissimè distat. Hac vero ratione
qualitates Planetarum non internæ forent, sed adscititiæ.
Hanc autem Saturno internam esse qualitatem solisque ra-
diis elici & in terram derivari existimat Athanas. Kirch. ar-
tis magnæ Luc. & umb. Lib. 6. part. 3. cap. 5. sed contentus
autoritate Ptolemæi nullam aliam rationem addit. Mori-
nus Astrol. Gall. L. 13. sect. 1. postquam cap. 1. prolixè Ptole-
mæum, Cardanum aliosque Astrologos arguisset multi erro-
ris in tradita Planetarum natura, sequenti cap. 2. docet de-
terminare naturas elementorum, prius ac certo cognitæ ha-
buerat. Supponit enim potissimum eas experientia Astro-
logica satis cognitæ, addens conjecturam illam, quam non-

nulli Saturni frigiditatem ex obscuriori sideris lumine colligunt, & quidem Lib. 9. sect. 2. cap. 8. his verbis: *Quoniam Saturni lumen obtusum, nobis colorem exhibet fuscum & plumbeum in ipso meridiano circulo (ubi Planetarum veri colores sunt potissimum observandi) qui color naturam refert crassiorum elementorum terræ & aquæ: ipse vero hæc inferiora impense refrigerat & mediocriter exsiccat, ut Astrologicis constat experientiis: sequitur ex elementis aquam sed magis terram in eo prædominari: ideoq; ab utroq; elemento summe frigidum esse, & à prædominio terræ moderate siccum.* conf. Wendelin. Phys. sect. 2. pag. 765. De utroque quæ dicenda restant, convenientius in sequentem thesin reservari videntur.

13. Tertio requirit Gaffarellus signum sympatheticum, ut in medela hydropis Lunam decrefcentem. Sympathiam siderum corporumque telluris naturalium Gaffarellus in qualitatibus, alij in figurarum similitudine ponunt. De similitudine qualitatibus multa differit Morinus L. 13. sect. 3. c. 3. supponens qualitates ab Astrologis sideribus adscriptas: quas probare diximus experientia & luminis diversitate. Experientiam in Genethliacis evidentiores putat Morinus L. 10. c. 5. & in primis urget thema Pici Mirandulæ à Lucio Bellantio erectum: rectius vero in meteorologicis instituendam censet Abd. Trevv Astrolog. disp. 1. th. 18. & seqq. Utriusque vero experientiæ fallacitatem prolixè ostendit Gassendus Phys. p. 743. & seqq. nec non in decantatissimo exemplo Pici. Non aliud vero aptius, quam proprium exemplum Morino objicit. pag. 747. Conf. Tob. Wagneri Astrolog. Genethliac. pag. 98. Cujus rei argumentum est ipsa Astrologorum divinatio fallacissima, quam proinde Keplerus harmon. mund. L. 4. c. 4. sic perstringit: *Cum prognosticum aliquod millies errat, negligitur tamen hoc, at si semel scopum attigit, hoc omnium sermonibus celebratur.* Alterum argumentum duo implicat, lumen & colorem. Lumen autem est vel proprium vel alienum. Proprium Saturno non esse, & ex natura ejus, qualem Morinus cum reliquis Astrologis affingunt, colligitur, & nostri ævi summorum Astronomorum sententia est. Lumen reflexum in quibusdam corporibus debilius apparet propter corporis vel majorem distantiam, vel materiam rariorem vel asperiores. Ex colorum diver-

diversitate in istis remotissimis corporibus substantiarum diversitatem aliquam colligi posse concesserim; sed non in qualitatibus primis determinatam. Qui talia conantur, potius suam speculationem inveteratæ traditioni & præconceptæ, quam ipsi rei accomodant, ut apparet in Keppleri Epitom. Astronom. p. 489. & 490. & Paralipom. pag. 261. Optime Ricciol. Almagest. part. 1. pag. 496. in fine num. 5. *non sunt, inquit, Planetae tanquam tellures, nec tam fæda opacitate obsiti, sed aptiores ad combibendum lumen, illudq, revibrandum vividius ac rutilantius.* Conf. Gassend. Phys. sect. 2. lib. 1. c. 3. p. 510.

14. Longe vero ineptius sympathia in figurarum similitudine quæritur, quæ vel sunt in globo cælesti expressæ, vel occultæ decanorum & monomæriorum. De figuris istis ita loquitur auctor Carpi, quem Ptolemæum nonnulli, pleriq, Hermetem faciunt, num. 9. *Τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ εἶδη πάσαι ὑπὸ τῶν ὑρανίων εἶδων. διὰ τὸ τοῦτο χρῶνται τέτοις οἱ σοιχειωματικοί, τὰς ἐπιμβάσεις τῶν ἀστέρων σκοπῶντες ἐπ' αὐτά.* *In generatione atq, corruptione formæ afficiuntur à cælestibus formis. Idcirco qui imagines faciunt his utuntur, cum eo stellæ ingressæ fuerint observantes.* Ad hunc locum Haly Aben Rodoan Arabs, quem Jos. Scalig. Epistolar. pag. 410. Editionis Lugdunensis, ex suo codice manuscripto Haly Abu-Gefar nominat, ita commentatur: *In hoc capitulo vult Ptolemæus multa imaginum secreta patefacere, & vultus (εἶδη) quos in hoc seculo esse dixit, sunt species animalium & species Planetarum, & id eo dicit, quod omnibus istis speciebus dominantur sibi vultus consimiles in cælo manentes. Verbi gratia: Scorpio cælestis terrenis scorpionibus dominatur, & cælestis serpens terrenis serpentibus: & sapientes imaginum inspiciebant, quando Planeta ex radiis solis egrediebatur & ingrediebatur hos vultus, eumq, in ascendente ponebant: & vultum, quem intrabat, sculpebant cum eo ex aptatione vel destructione quod volebant, & vis illa in lapide multis temporibus durabat.* Figuras Sphæræ expressas quod attinet, primo eæ globo cælesti adscriptæ sunt potissimum distinguendi & docendi causa, secundo alias atque alias figuras adscribebant Chaldæi, Ægyptii, Arabes, Indi, Græci. Achilles Statius circa finem suæ Isagoges: *ἐπὶ δὲ πᾶσι χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἔτε κηφεύς, ἔτε κασιέπεια, ἔτε ἀνδρομέδα εἰσὶν ἐν ὑρανῶ. γελοῖον γὰρ ὑπονοεῖν πρὸς*

τάτων ἀκαταξέρισον τὸν ἔρανόν. αἰὲ γὰρ ἦσαν ἀσέρες καὶ πρὸ περσέως καὶ ὠείων. διὸ καὶ ἐν διαφόροις ἔθνεσι διάφορα καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἀστρον ἐστὶν εὐρεῖν. ἐν γὰρ τῇ τῶν αἰγυπτίων σφαίρα, ὅτε ὁ δράκων ἐστὶν νομιζόμενος ἢ ὀνομαζόμενος: ὅτε ἄρκτοι. ὅτε κηφεὺς. ἀλλ' ἕτερα χήματα εἰδῶλων καὶ ὀνόματα τεθημένα. ὅτε δὲ καὶ ἐν τῇ τῶν χαλδαίων. Ἕλληνες δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα ἔθεντο τοῖς ἀστροῖς ἀπὸ ἐπισήμων ἡρώων, πρὸς τὸ εὐκατάληπτα εἶναι καὶ εὐγνώστα. oportet autem omnino scire quod neq₃ Cepheus, neq₃ Cassiopeia, neq₃ Andromeda sit in cælo: ridiculum enim suspicari, antehac cælum stellis non esse distinctum: semper enim erant stellæ & ante Perseum & ante Orionem. Proinde apud diversas gentes & diversa inveniuntur stellarum nomina. Igitur in Ægyptiaca sphaera neq₃ draco, neq₃ ursæ, neq₃ Cepheus, sed aliæ sunt idolorum formæ nominaq₃ iis indita, uti neq₃ in Chaldaica sphaera. Græci autem nomina ista imposuerunt astris ab insignibus heroibus, ut comprehendere & agnoscere facilius possent Conf. Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. 2. part. 2. pag. 204. Joseph. Scalig. not. ad Manil. p. m. 440. & seqq. nullius itaque certitudinis sunt istæ analogiæ constellationum & corporum telluris. Occulta signa, quæ ab Ægyptiis primum excogitata dicuntur, partim sunt decanorum, partim singulorum graduum Eclipticæ, quæ monomæriæ appellantur. Omnia hæc ex Petro de Abano exscripta exhibet Johannes Angeli in suo Astrolabio plano Venetiis excuso anno æræ Chr. 1494. Recenset quoque decanos Joseph. Scalig. in notis ad Manil. pag. 336. monomærias pag. 442. Sed τῶν ἐστὶν ἰστος & μοῖρας terminis signorum minores ipse Astrologorum princeps Ptolemæus rejecit, quod ἔφυσικόν, ἀλλὰ κενόδοξον λόγον habeant, & in paraphrasi Proclus L. 1. c. 25. nec hodie in usum revocantur, ulteriori itaque refutatione non opus est. Conf. Morin. L. 15. c. 13. pag. 346.

15. Signum Sympatheticum ordine Gaffarelliano excipit signum, cui membrum corporis læsum subjacet. De distributione membrorum corporis humani secundum seriem signorum Zodaici pauca occurrunt apud Veteres scripto es. Sextus Empiricus cit. loco p. 113. hæc habet: ἦσαν δὲ τινες χαλδαίων, οἱ καὶ ἕκαστον μέρος ἀνθρωπείου σώματος, ἕκαστον τῶν ζωδίων ἀνατιθέμενοι ὡς συμπαθεῖν. κριὸν μὲν γὰρ κεφαλὴν ὀνομάζουσι· ταῦρον δὲ, πρὸς τὸν διδύμους δὲ ὤμους· καρκίνον δὲ, σῆρνον. λέοντα δὲ πλευράς. παρτέον

παρθένον δὲ γαλκῆς· ζυγὸν δὲ, λαρόνας· σκορπίον· αἰδοῖον καὶ μήτραν· το-
ξότην, μηρὸς· αἰρόκερων, γόνατα· ὑδρηχόν, κνήμας· ἰχθύας δὲ, πόδας·
Fuerunt etiam quidam Chaldaei, qui unamquamq₃ partem humani cor-
poris attribuerunt unicuiq₃ signo, ut quæ cum illo haberet consensum, &
cum eo afficeretur. Nam Arietem quidem caput nominant: Taurum
autem collum: Geminos autem humeros: Cancrum autem pectus:
Leonem vero latera: Virginem autem coxendices: Libram ilia: Scor-
pium, pudendum & matricem: Sagittarium femora: Capricornum,
femora: Aquarium autem tibias: Pisces autem, pedes. Agit quoque
hac de re in operis sui differentia prima Alcabitius Arabs,
quem Valentinus Nabod annotationibus auctum edidit. Hic
memor Cardani distinctionis thes. 12. allatæ, paulo aliter ac
Alcabitius membra distribuit, ubi caput arieti, collum & cer-
vix ♂, humeri & brachia Π, pectus ☐, à furcula pectoris
usque ad umbilicum intercepta portio ∩, Venter inferior ♀,
nates ⊥, pudenda ℳ, coxæ & femora ⊕, genua ✕, crura &
tibiae ≡ & pedes ✕ obtigere. Magnum hujus dogmatis u-
sum in arte Medica, imprimis in φλεβοτομίᾳ prædicant secun-
dum Carpi regulam 20. μὴ ἀφ' ἡ μοεῖς σιδήρῳ τῆς ☾ ἐπεχέσῃς τὸ
ζώδιον ὃ κυριεύει τῆς μοεῖς ἐκείνης, membrum ferro ne percutito, cum ☾
signum tenuerit, quod membro illo dominatur. Sed Abdias Trev-
Astrolog. Med. disp. 1. thes. 37. experientiam experientiæ op-
ponens hanc distributionem plane improbat. Ejusdem, in-
quit, est Zodaici in membra humani corporis divisio. Quod com-
mentum licet ineptissimum vel pueri videant, ita tamen invaluit in
venæ sectionis electione, ut plurimi etiam Medici & quidem ex iis, qui
rationali Medicinæ dediti sunt, refragari non audeant, sive, ne venæ se-
ctionis ex alio principio infelicioris culpa ipsis imputetur, sive quod non
satis exploratum putent, an non fortasse aliquid ipsis ignotum sub tam
antiquo commento lateat. Ego sancte confirmo, me aliquoties istas re-
gulas data opera in meis & me ipso violasse, nec unquam quicquam sen-
sisse incommodi.

16. Quintum denique ex signis, observandis est id, cui
æger subjectus est. Præmissis hætenus quibusdam ἀποτεσμα-
τικῆς εἰσαγωγικῆς, devolvimur ad γενεθλιακὴν, in qua primatus
isti planetæ tribuitur, qui ratione & dignitatum & loci præ
reliquis valet. Si utrinque idem planeta præ reliquis minus

eminet, dominus genituræ dicitur, qui dignitatibus magis pollet, ita ut ei associetur qui optimam in domiciliis cœlestibus sedem obtinet. Tria hic considerationem subeunt: Tempus, distinctio cœli in domicilia & positus siderum. De tempore nondum perorata lis est, utrum momentum conceptionis sit attendendum, an vero nativitatis. Illud omnino latere, hoc vero vix sciri posse bene probavit Sext. Empiricus cit. loco pag. 118. nec errorem plane eximit siue transitus siue progressio siue directio, multo minus trutina hermetis vel Animodar.

17. Domorum primo numerum frustra Morin. L. 17. sect. 1. c. 5. p. 387. ex quatuor istis triplicitatibus ejusdem naturæ, ut vocat, genericæ deducit supra thes. 11. explosis. nec aliud quoddam solidius fundamentum apud veteres & recentiores scriptores obvium est. Haud certius quid in ipsa distinctione reperitur. Ipse enim Astrologorum princeps Ptolemæus dum mentem suam non satis aperuit, posteris hac in re crucem fixit. In modo, quem vocant æqualem & antiquissimum jactitant, nulla domus integra supra horizontem extat, nulla infra, nisi cum uterque polus Eclipticæ horisonti incumbit, situsque stellarum supra & infra horizontem plane negligitur. Methodus & Porphyrij & Alcabitij, præter hoc, laborat domiciliorum magnitudine semper diversa & inæquali: insuper in quibus locis Ecliptica horizontem stringit, ibi definit eorum ars. Campanus & Gazalus à reliquis Astrologis ob hoc potissimum reprehenditur, quod elegerint verticalem circulum, imaginarium prorsus & nullius virtutis. Modum denique siue Aben Esræ, siue Regiomontani & ex recentioribus multi improbant, quod omnes veterum prædictiones nitentes, ut putant, æquali Eclipticæ divisione, huic ineptius applicentur. Quid si in obliquitate Sphæræ 66. gr. 30. min. æquator stringat horizontem vel 69. gr. 22. min. congruat cum circulo undecimæ? Tertio denique siue vires siue significationem domorum quod attinet, Morinus cit. loco pag. 386. cœlum dividit secundum præcipuæ vitæ humanæ momenta, quæ ipsi sunt vita, actio, conjugium & passio, in quatuor cardines, Græcis κέντρα: subdividit

dividit idem secundum vitam in se, in DEO & in liberis consideratam; secundum bonum actionis humanæ finem triplex, immateriale dignitatis, materiale sensitivum subditorum, servorum, animalium & materiale insensitivum numorum, suppellectilis, agrorum: secundum societatem corporis in conjugio, sanguinis in fratribus & affinibus, benevolentiae in amicis: secundum passionem naturæ in generatione, in afflictionibus corporis & morte in duodecim ia domiciliorum, ordine veterum aliquantum mutato. *io. borum* quippe sedem ex VI. in XII. transtulit. Quid si cuspides figuris quadrangulis rectangulis colligantur & domicilia secundum insignis cujusdam Astrologi speculationem dividantur in quatuor bona IV. I. X. & VII. quatuor mala XII. II. VI. & VIII. & quatuor mediocria reliqua? Ita IV. cui, si ab occultis ad aperta, à causa ad effectum procedendum est, primus locus competit, vitæ ortum, I. orti substantiam, X. actiones, VII. conjugium notabit. Ex malis II. paupertatem, XII. carceres. III. morbos & VIII. mortem &c. Sed quicquid ingeniosi Astrologus distinctioni cæli arbitrariæ superstruere tentaverit, corruet. Prius demonstrent distinctionem istam cæli naturalem esse. *Δηλὸν δὲ, verba mutuo* Origenis Philocaliæ cap. 23. pag. 69. Editionis Cantabrigiæ, *ὅτι τοῖς εἰδόσι τὰς τοιαύτας, ὅτι λόγον ἀπατηθέντες δίδοναι αὐτὴν, ἑδαιμῶς δυνήσονται, perspicuum vero est iis, qui istos norunt, rationem si rogentur, reddere nullo modo posse.* Nec sufficit respondisse cum Morino proprio suo figmento diffidente cit. l. pag. 386. divisionem istam ab Adamo per Cabalam ad posteros pervenisse. Ita quicquid inveteratæ traditionis ratione caret, pari ratione ad Adamum revocabitur. Forte rectius sentit Orig. c. l. pag. 72. talia innotuisse *ἐκ διδασκαλίας ἀγγέλων τῶν πρὸ ἰδίαν τάξιν παραβεβηκότων, καὶ ἐπὶ τῇ τῷ γένει ἡμῶν ἐπιτεριβῇ διδασκάντων περὶ τέτων.* *ex doctrina angelorum, qui ordinem suum transgressi sunt, & ad humani generis occupationem nonnulla de his docuerunt.* Confer. Lactant. Institut. L. 2. c. 17. Euseb. de præp. Evang. L. 5. c. 14.

18. Superest positus fiderum felicior vel infelicior ratione dignitatum vel debilitatum, tam essentialium quam accidentali-
um.

lium. Dignitates essentiales sunt domus Planetæ, exaltatio, triplicitas, terminus & decanatus; accidentales domus cœli, Almugea, motus tardior vel velocior, situs vel orientalis vel occidentalis & aspectus. Quæ omnia hic uberius ventilare, arctior instituti ratio non permittit, nec adeo necessarium videtur. Siquidem earum præcipuis fundamentis, naturali Eclipticæ distinctione & domorum ordine confutatis, quicquid iis nititur, invanum ibit. Ad hæc si vel maxime omnia Astrologica placita forent verissima, quid inde veritatis accedit amuleti? Influat peculiari modo scorpius cœlestis in scorpionem terrestrem, qua sequela influet etiam in scorpionem sculptum? Influat peculiari influxu Sol in aurum, quid peculiare accedet auro characteribus vel imaginibus notato? dirigat quam maxime fata nati dominus, quid artificii amuletorum conferet, qui alieni dominij est.

19. Sexto certos aspectus requirit Caffarellus, quorum determinatio Astronomicæ est theoriæ, significatio Astrologicæ conjecturæ hujusque loci. Morinus Lib. 6. sect. 1. c. 10. postquam Ptolemaicæ & aliorum Astrologorum opinionis errores ostendisset, ipse hujus distinctionis fundamentum petit ex rectis Eclipticæ ita inscriptis, ut ex eodem puncto ductæ omnium signorum terminis terminentur &, excepta diametro, latera constituent inscriptibilium figurarum ordinatarum triangulæ, quadrangulæ, sexangulæ, & duodecangulæ, adq; triangulum SS. Trinitatis Symbolum judicatis. Quæ rectæ si Geometricè spectentur, perperam Ecliptica ex arbitrio in 12. partes divisa præsupponitur: Si vero opticè, radius per centrum ductus perpendicularis est, & in se reflectitur, ideoque in fontem suum citius redit ac triangulum. Tantum de mediis Gaffarelli operantibus. Hucusque vero de iis dicta non tam de ipso cœli influxu, quam de modo probandi, quo hætenus usi sunt Astrologi eorumque principiis, quibus etiam doctrina amuletorum nititur, intelligi volumus. His si veriora ferent, res salva erit. Dubito tamen de accupationi cœleris operationis, si quæ præter calefactionem & illuminationem fuerit, cognitione ab ingenio humano excogitanda. Consentit Origenes Philocal. pag. 72. scribens: πολλῶν μείζον ἢ κατ' ἀνθρώπον.

ἄνθρωπον τὸ δύνανται κατ' ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστη τῶν ὅτι ποτὲ ἔν ἐνεργούντων ἢ πασχόντων. *Supra humanas vires est, ut ex motu astrorum, quid unusquisque agat vel patiatur vere percipere possit. Et Sext. Empir. c. l. p. 124. ἔκ ἐστι πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις διοικεῖν τὸν βίον· ἢ εἴπερ ἔστιν ἔυλογον, ἡμῖν πάντως ἀκατάληπτον, non potest esse, ut vita administretur ex motu astrorum, aut si est consentaneum, id vero à nobis minime potest comprehendere.*

20. Meminerunt insuper alij scriptores Tilsemarum horæ planetariæ & feriæ hebdomadis Planetæ certo olim à gentilibus dicatæ in hoc negotio observandarum. Horas planetarias exactius tractavit Elias Crætschmairus in horologio Zodiacali, qui usum tabularum suarum exponens pag. 30. de amuletis vegetabilium hæc asserit: Weil man die Planeten nicht allemweg in ihren eygenen Häusern haben kan / so ist schon genug / wan man nur ihren Tag und Stunden præcise hat / adjecto exemplo morbi Hepatici curandi. Impingere videtur hypothesis hujus figmenti, series scilicet Planetarum in veritatem Astronomicam. Siquidem ♀ & ♂ modo superiores, modo inferiores Sole centro suarum orbitarum primus observavit Tycho Brahe, Phœnix Astronomorum sui seculi, itemque in systemate terræ immobilis ♂. De dierum distinctione nullum aliud monumentum ex antiquitate superest, præter illud notissimum Dionis Cassij Lib. 37. Hist. Rom. in quo distinctionis istius basis memoratur proportio harmonica διὰ πασῶν, sed eundem planetarum ordinem, quem à Tychone luxatū diximus, adhibito. Sed quia Gaffarellus hæc improbat, nō est, cur operosius iis imoremur.

21. Meminit quoque domini domus & domini planetæ partis fortunæ & domini in ejus &c. Leopoldus Ducatus Austriæ filius in compilatione de astrorum scientia Augustæ Vindel. Anno 1489. edita pag. 194. plurium amuletorum fabricam recensens: Qui locus libri non ubivis obvii adscribendus videtur. Cum vis facere, inquit, imaginem alicui pro sanitate vel aegritudine, fortunetur vel infortunetur hæc: ascendens & dominus ejus, dominus domus domini ascendentis, luna & dominus ejus, decimum & dominus ejus: dominus octavi, dominus horæ. Inscribuntur hæc: nomen rei, nomen ascendentis, nomen domini diei, no-

men domini horæ, pars bonorum vel malorum & dominus partis. Dicitur, quod intendit imago, reponitur vel sepelitur. Medium cœli si sit ad fortunandum hominem, portet eam secum vel reponet eam in domo sub ascendente fortunato fortunio forti. Similiter fac in loci fortificatione vel destructione regionis. Pro substantia faciliter acquirenda fortunetur ascendens & dominus ejus, secundum & dominus ejus, dominus secundi sit in retrogradatione cum domino primi, dominus secunda sit in obediēte, dominus prima in imperanti, decimum & dominus ejus, octavum & dominus ejus, undecimum & dominus ejus, Luna & dominus ejus, pars fortunæ sit in primo vel undecimo. Pro habenda re optata vel recuperanda re perditā, duæ fiant imagines, prima fiat sub ascendente illius, qui rem petit vel repetit secundum nativitatem vel interrogationem & fortunetur ascendens & dominus ejus, ascendens & dominus ejus aptetur in fortitudine & fortuna, ita ut etiam ponatur in signo imperanti & ponatur in conjunctione vel bono aspectu cum receptione significatoris illius, qui rem tunc tenet vel detinet: & dicatur, quod intenditur, ut si rex decimi, si pater quarti, si frater quarti & sic de aliis: & nomenetur imago nomine famoso illius pro quo facta est, & cum perfecta est, inscribatur nomen rei, nomen ascendentis, nomen domini ascendentis, nomen domini diei, nomen domini rei, & nomen domini horæ. Secunda fiet sub ascendente illius, qui rem tenet aut detinet & fortunetur ascendens & aptetur dominus ejus in fortitudine & fortuna, excepto quod ponatur in signo obediēti, & ponatur in conjunctione vel bono aspectu cum receptione significatoris imaginis primæ & dicatur quod intenditur & nomenetur imago nomine famoso illius, pro quo facta est. Cum perfecta est, inscribatur nomen rei: nomen ascendentis, nomen domini ascendentis, nomen domini diei, & nomen domini horæ, & cum ambæ sunt perfectæ, ponantur ambæ cum domino imaginis primæ. Pro fortificatione loci & ejus destructione procede, sicut habes supra de sanitate & infirmitate, hoc addito, ut in bonis ponas dominum horæ bonum planetam, & quod ille sit in bona habitudine; In malis vero malum planetam & specialiter Saturnum, ita quod infortunes eum. Pro honore habendo fortunetur ascendens & dominus ejus, Dominus decimæ sit in receptione cum domino primæ, pars fortunæ sit in decimo vel undecimo. Pro favore majoris inter dominum primæ & decimi sit conjunctio vel receptio cum bono aspectu vel ambo sint liberi à malis. Et dominus decimi in ascendente vel aspiciat eum benigne vel ambo sint liberi à malis. Et dominus decimi non impediāt dominum ascendentis: secundam.

cundam fac sub ascendente, cum dictis conditionibus, & pone manum secundæ ad collum primæ. Ad odium majoris, in omnibus fac contrarium: dominus decimæ in opposito sit primæ cum separatione. Pro amore alicujus habendo fac imaginem illi cui vis amorem acquiri die & hora Jovis sub ascendente nativitatis vel interrogationis: fortuna ascendens & dominum ejus & remove malos ab ipsis: dominus decimæ sit fortuna & jungatur domino ascendenti cum receptione corporea vel bono aspectu nomina imaginem nomine famoso illius, pro quo facis. Secundam imaginem fac sub ascendente undecimæ pro amico: sub ascendente septimæ pro uxore: nomina etiam imaginem istam nomine famoso illius, pro quo facis, pone secundam cum prima, ut amplexentur se, pone in panno mundo & cum domino primæ imaginis, imagines ambas: vis non est in metallo, de quo fiat vel cera vel luto, quia sufficit observatio ascendenti cum conditionibus memoratis. Pro repulsione alicujus animalis verbi gratia scorpionis, fac imaginem scorpionis ascendente scorpione, luna sit ibidem infortunata, infortunetur dominus ascendenti in octava. Infortunetur dominus quarti septimi vel quarto aspectu malevoli. Inscribantur hæc: nomen ascendenti, nomen domini ascendenti, nomen domini diei, nomen domini horæ, nomen Lunæ. Et in bonisque inscribis pone in ante, in malis in dorso. Sepeli imaginem versam in medio loci, melius erit, si feceris quatuor & sepeliveris omnes versas in quatuor partibus loci, loco recto diviso in quatuor & cum sepelis dic: hæc est sepultura scorpionis, ut recedat ab isto loco & non redeat in æternum. Formæ caput, in quam fundis imaginem, sculpe sub ascendente, in quo sit caput Draconis & dominus ascendenti sit boni esse. Corpus sub ascendente, in quo sit Luna aucta lumine, juncta fortunæ: spatula & pectus sub ascendente, in quo sit Jupiter: ventrem sub ascendente, in quo sit Venus: ancas sub ascendente, in quo sit Sol in aliqua dignitate sua: femora sub ascendente, in quo sit Mercurius nec retrogradus nec combustus, sed in aliqua dignitate sua: pedes sub ascendente, in quo sit Luna Veneri sociata.

22. Jam quod artis caput est, medium applicationis, quod nimirum influxum cœlestem subjecto amuleti conciliat asseritur à Gaffarello sculptura dicto tempore vel efformatio figuræ analogæ effectui præstando, quia figura qualitas est, ideoque subjectum aptius reddit ad agendum. Cujus sententiæ firmandæ vim petit ex Galeotti Martij libri de doctrina promiscua cap. 24. sed quâ sequela hujusmodi imagines vel figuræ imaginum cœlestium virtutes attrahunt, si ex figuris per exemplum

conica lignum vel ferrum ad findendum vel penetrandum aptius reddit, Cylindrica & Sphærica ad motum, Sphærica speculum ad reflectendos & colligendos radios solares? Ipse Galeotus in figura causam non reperit attractionis, qui cit. loc. p. m. 189. *Figura Leonis, inquit, sub constellatione servatis horis impressa, non agit, sed principium actionis ac passionis affert, ut beatus Thomas, Magnusque Albertus testantur; non ut figura & imago mathematicè impressa, sed ut efficit aliam atq; aliam in re figurata præparationem, quæ cœlestem actionem sine difficultate variis modis accipiat; quoniam si canis, aut equi, aut alterius animalis imago in aurea materia imprimatur, non erit ea materie dispositio, quæ leoninam imaginem comitatur. Leo namq; densam grandemq; jubam, caudamq; longissimam & cætera membra dissimilia aliis animantibus habet, sicuti quivis & ventrem & os & aures, pedesq; ejus contemplans dijudicat: ea propter infiguratione aliarum imaginum non servaretur id, quod est necessarium ad vim illam cœlestem imbibendam. Bractea enim aurea alibi densa, alibi rara, aliaq; in loco inter rarum & densum media expostulatur, ut cœlitus vim descendentem excipiat. Collum enim canis, cum sine juba sit, densius aurum haberet, quam Leonis. Juba namq; formata, cum in illa impressura profundius insederit, necesse est aurum, eo in loco rarius esse. Sic etiam in cæteris membris diversitas varietasq; continget. Unde concludimus, quod hæc aptitudo, ad vim cœlestem hauriendam in figura est, non ut figura, sed ut densius rariusq; aurum imaginis conditione formatur. At causa erit diversitas densitatis vel præcisè, quatenus ut cumque densitas auri diversa est, itaque etiam ab impressa imagine canis aurum diversimode densum redditur virtutisque cœlestis recipiendæ capax: vel determinate, quare cum à diversis artificibus imago Leonis imprimitur diversa, aurum minus capax erit recipiendæ virtutis cœlestis. Quippe si centum sigilla Solis ex variis locis collecta intuearis, imago Leonis in omnib; fere diversa erit, sedentis, ingredientis, erecti, incurvati, & diversitas metalli densioris & rarioris per omnes partes in tot sorxéois minime eadem erit. Quid si ad magnitudinem determinatam formaretur canis hirsutus & ita tonsus, ut figuram Leonis referat? Sexcenta alia absurda colliget, qui otio abundat. Leonh. Thurnheisserus Histor. Plantarum Lib. I c. 17. ut severiorem declinet censuram, imagines istas impressas tantum signa esse profitetur loci Solis, item situs & conditionis loci. Quæ igitur ratione signatum*

tum aurum præstaret non signato? Alii existimant ipsas imagines amuleti plane nil efficaciam conferre; sed corpora naturalia suorum siderum virtutem nativo quodam appetitu attrahere, & læsa in sui conservationem incitatus attrahere. Signari itaque corpora naturalia tempore, quo sidera situ & aspectibus feliciores creduntur, ut signatura cujuscunque rei stimulata tum temporis summam sideris virtutem avidius haurirent. Hac ratione anima metallorum & plantarum sensitiva foret. Absolum. Marsilius Ficinus Lib. 3. de vita cœlitus comparanda cap. 1. vim attrahentem influxum cœlestem secundum Plotinum consistere ait in eo, quod anima mundi & stellarum demonumque animæ facile alliciantur corporum formis accommodatis. Verum nec ex hac sententia quicquam opis fertur Amuletorum defensoribus. Si enim internæ corporum formæ virtutem cœlestem corporibus concilient, frustra idem Artifex tentabit imagine seu adscripta, sive insculpta seu quocunque modo efformata. Postea cap. 15. Lib. 3. p. m. 141. mentem suam explicat, quid de amuletorum imaginibus sentiat. Cum vero natura, ait, cœlestis, tanquam inferioris naturæ regula, soleat tenore quodam progredi naturali, & ita progredientibus aspirare, merito diffidunt plerique, imagines ejusmodi cœlestes aliquam virtutem habere. Ego quoque ambigo sæpius, ac nisi & omnis antiquitas, & omnes Astrologi vim mirabilem habere putarent, habere negarem. Negarem equidem non omnino, opinor enim (nisi quis aliter persuasit) ad prosperam valetudinem saltem aliquam habere virtutem, electæ præsertim ratione materiæ, tametsi multo majorem inesse pharmacis arbitror & unguentis sidereo favore conflatis. Paulo post: Ego medicinis ad cœlum temperatis, non imaginibus utor, atque ita cæteris quotidie consulto. Cap. 18. propius ad rem accedere videtur, ubi, denique, tutius, inquit, fore arbitror medicinis, quam imaginibus se committere, rationesque à nobis potestate cœlesti pro imaginibus assignatas, in medicinis potius, quam in figuris efficaciam habere posse. Probabile enim est, si quam vim imaginis habent, hanc non tam per figuram nuper acquirere, quam per materiam possidere naturaliter sic affectam. Ac si quid denuo acquiritur, dum insculpitur, non tam per figuram comparari, quam per calefactionem contusione quadam proveniente. Quæ quidem contusio calefactioque facta sub harmonia, cœlesti simili harmoniæ, quæ, quando materiæ virtutem infuderat, excitat virtutem ipsam atque corrobo-

rat.

rat sicut flatus flammam.: & manifestam efficit ante latentem, sicut calor ignis in aspectum producit literas scriptas succo cepæ prius delitescentes. Paulo post: Si quis forte tractare metalla lapidesq³, voluerit, præstat percutere solum atq³, calefacere, quam figurare. Præter enim id, quod inanes esse figuras suspicor, haud temere vel umbram idololatriæ debemus admittere. Ex his satis patere arbitror, quod nodum hunc Amuletarii solverè minime valeant.

23. Adhibebant insuper olim plures ritus & actiones detestandas, quales recenset Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. 2. part. 2. c. 6. Sic & Leopoldus in compilationis cit. loco enuntianda quædam requirit. Amuleta postmodum vel gestabant, vel in propatulo collocabant, vel sepeliebant.

24. Virtutem denique non cum subjecto æque durare, sed tandem exspirare affirmat Gaffarellus, nec ubique locorum, nec omni tempore effectum edere dicit Thurneiss. cit. loco. Sigillum, (Solis) inquit, si conficiatur Sole infra horizontem depresso, nulla efficaciæ potentia eodem supra horizontem erecto: & viceversa, si paretur Sole supra horizontem commorante, inefficax est, Sole infra eundem demerso. Post. Quia ingressus Solis non ubiq³, locorum in unum momentum incidit: Ideo quod Toleti in Hispania sub elevatione poli gr. 39. min. 55. factum est. Hamburgi ad Albim (ubi polus ad gr. 54. min. 24. altitudinem elevatur) nihil quicquam præstat. Quæ vero loca unum & eundem habent meridianum sive situm sub eodem parallelo communem, ea quoq³, communi sigillorum ejusmodi efficacia fruuntur. Exempli gratia: Sigillum quod conficitur Coburgi efficaciam suam quoq³, prodit Haußij in Normandia. Similis sigillorum ratio etiam erit in Valle Joachimica Misnia & locis adjacentibus.

25. Liquet igitur, nullam esse amuletis causam naturalem, & proinde esse superstitiosos Diaboli illices. In primis adolendum quod in aulis Principum & Magnatum ejusmodi impostoribus aditus sapissimè pateat. Inter Plebejos quoque non raro occurrunt, quibus lucri cupido ea potissimum commendat. Perperam distinguunt usum & abusum in amuletis quorum nullus verus usus est. Omnino annumeranda sunt istis *περίεργαις*, quarum mentio fit Act. 19. v. 19. igne dignissimis.

Conf. Genes. 35. v. 4. & ad hunc locum notas
Abrah. Calovii.

~~F I N I S.~~

2. Mach.

2. Machab. 12. 40. Suntque non tantum eorum artifices à Deo damnati; sed etiam qui iis utuntur, Levit. 19. v. 26. & 31. Deut. 18. v. 10. 2. Paralip. 33. v. 6. Jes. 47. v. 12. 2. Machab. 12. v. 40. ad ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ, ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ & ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ utique referendi, quemadmodum & Photius ex more primitivæ Ecclesiæ, Nomocanonis tit. 9. c. 25, & tit. 13. c. 20. Περιάπτεσ annumerat τοῖς ἀποσάταις, θύταις, μάγοις, ἐπασιδοῖς, ἀστρολόγοις, μαθηματικοῖς, μάντισις, φαρμακεῦσι: improbat in Ecclesiæ Conciliis, in Patrum scriptis. Concil. Laodic. Can. 36. expressius de hac re agens sic se habet: Ὅτι ἐδὲ ἱερατικὸς ἢ κληρικὸς, μάγος ἢ ἐπασιδὸς εἶναι, ἢ μαθηματικὸς ἢ ἀστρολόγος, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φιλακλήρια, ἃ τινὰ εἰσι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν· τὰς δὲ φορῶντας ἐπιτεθῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳς ἐκελεύσαμεν: Gentiano interprete: *Quod non oportet eos, qui sunt sacrati vel clerici, esse magos, vel in cantatores, vel mathematicos, vel astrologos vel facere ea, quæ dicuntur amuleta, quæ quidem sunt ipsarum animarum vincula: eos autem, qui ferunt, ejici ex Ecclesia jussimus.* Huc trahendus canon 24. Concilii Ancyran: Οἱ καταμαντεύμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν χρέων ἐξακολουθῶντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τὰς ἐαυτῶν οἰκὰς ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακεῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὴν κανόνα πιπλέωσαν τῆς πενταετίας κατὰ τὰς βαθμὲς ὠρισμένους, τρία ἔτη ὑποπλώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσηγορίας, Gentiano Herveto interpretante: *Qui vaticinantur, & gentium consuetudines sequuntur, vel in suas ades aliquos introducunt ad medicamentorum inventionem, vel lustrationem, in quinquennij Canonem incidant, secundum gradus præfinitos, tres annos substrationis, & duos annos orationis sine oblatione.* Quem canonem suum facit Basilii epist. ad Amphilochoium, num. 83. paucis ita mutatis: Οἱ καταμαντεύόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθῶντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τὰς ἐαυτῶν οἰκὰς ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακεῶν, καὶ καθάρσει· ὑπὸ τὴν κανόνα πιπλέωσαν τῆς ἐξατίας, ἐν αὐτὴν προσκλάουσιν, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν γ' ἔτεσιν ὑποπίπλοντες, καὶ ἐν αὐτὴν συσάντες τοῖς πρεσβυτέροις, ἔτω δεχθήτωσαν. Godefrido Tilmanno vertente: *Qui vaticinantur & gentium consuetudines sequuntur, & aliquos in ades suas introducunt ad veneficiorum inventionem & eorum expurgationem, cadant in Canonem sexennij, est postquam anno deflexerint, & anno audierint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur.* Conf. Canon. 65. & 72. Nec omittendus

D

canon

canon 89. Conc. Carthaginensis IV. *Auguriis & incantationibus servientem, à conventu Ecclesiae separandum. Similiter & superstitionibus judaicis vel feriis inherentem.* Clarius loquitur Canon. 42. Concilii Turonens. III. *Admoneant sacerdotes fideles populos, ut noverint, magicas artes, incantationesq̃, quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre: non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quidquam mederi: non ligaturas ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hac esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.*

26. Ex Patribus Gregorius Nyssenus in epistola ad S. Letojum, can. 3. p. 117. Tom. II. Edit. Paris. scripsit. *Οἱ πρὸς γοήτας ἀπιόντες, ἢ μάγους, ἢ τὰς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμὸς ἐνεργεῖν ὑπὸ χυμένους, ἔτοι ἐρωτῶνται δι' ἀκριβείας καὶ ἀνακρίνονται, πότερον ἐπιμένοντες τῇ εἰς Χριστὸν πίσει, ὑπ' ἀνάγκης τινὸς συνηνέχθησαν ἐκείνῃ τῇ ἀμαρτίᾳ, κακώτερός τινος, ἢ ἀφορήτου ζημίας ταύτην αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν ἐμποισάσης· ἢ καθόλου καταφρονήσαντες τῆ πεπιστευμένη παρ' ἡμῶν μαρτυρίᾳ, τῇ τῶν δαιμόνων συμμαχίᾳ προσέδραμον. εἰ μὲν γὰρ ἀθετήσῃ τῆς πίσεως καὶ πρὸς τὸ μὴ πισεῖν εἶναι Θεὸν τὸν παρὰ τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενον, ἐκεῖνο ἐποίησαν, δηλαδὴ τὰς κρέματι τῶν ὀρθάντων ὑπαχθήσονται. εἰ δέ τις ἀβάσακτος ἀνάγκη κατακρατήσασα τῆς μικροψυχίας αὐτῶν, εἰς τὸτο προσήγαγε διὰ τινος ἡτατημένης ἐλπίδος ὀρθακράδεντας, ὡτάυτως ἔσαι καὶ ἐπ' αὐτῶν ἡ φιλάνθρωπία, κατ' ἰμοιότητα τῶν πρὸς τὰς βασάνους ἐν τῷ καρῷ τῆς ὁμολογίας ἀντιχεῖν μὴ δυναθέντων.* Gen-
tiano Herveto interprete: *Qui ad Prestigias vel Vates abierunt, vel eos, qui per daemones se piacula quaedam & aversiones operaturos pollicentur; si exactè interrogantur & examinantur, utrum in fide in Christum permanentes, à necessitate aliqua ad illud peccatum impulsifunt, cum afflictio aliqua vel intolerabilis iactura hunc illis animum indidisset; an omnino neglecto quod nobis creditum est testimonio, ad demonum societatem se contulerunt. Si enim ad fidem infirmam, & quod DEUM esse non crederent, qui à Christianis creditur & adoratur, illud fecerunt, erunt scilicet Apostatarum iudicio obnoxij. Sin autem non ferenda necessitas aliqua, pusillo & abiecto eorum animo superato, eo deduxit falsa aliqua spe deductos; similiter erit & in ipsos clementia, instar eorum qui tormentis in tempore confessionis resistere*

non potuerunt. Hieronymus in Matth. L. 4. c. 23. citante Mornæo, in responsione ad lib. Episc. Ebroicensis de colloquio Fontisbellaquei, pag. 173. *Dominus, inquit, cum dedisset mandata legis per Moſem, ad extremum intulit, ligabis ea in manu tua; & erunt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus; Præcepta mea ſint in manu tua ut opere compleantur: ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Et perperam interpretati hunc locum in membranis eam aſſervare contenti erant; Quod apud nos ſuperſtitioſa muliercula, in parvulis Evangeliiſ, & in crucis ligno, & iſtiusmodi rebus (quæ habent quidem zelum DEI, ſed non juxta ſcientiam) uſq; hodie faciunt culicem liquantes, & camelum glutientes. Optime Chryſoſtomus in fine homil. 21. ad pop. Antioch. pag. Edit. Paſiſ. 246. Τί ἂν τις εἴποι πρὸς τῶν ἐπιδείκναι καὶ πειράσειν καὶ νομίσματα χαλκᾶ Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων τῶν κεφαλῶν, καὶ τοῖς ποσὶ περὶδεσμέντων; (Inſpice quæſo Polyd. Virgil. de rer. invent. lib. 2. c. 23.) αὐταὶ αἱ ἐλπίδες ἡμῶν, εἰπέ μοι, ἵνα μὴ σαυρὸν καὶ θάνατον δεσποτικόν, εἰς Ἑλληνικὴν βασιλείαν εἰκόνα τὰς ἐλπίδας τῆς ſωτηρίας ἔχωμεν; ἔκ οἵδας πῶς κατάρθωσεν ὁ ſαυρὸς; τὸν θάνατον κατέλυσε, τὴν ἁμαρτίαν ἔσβεσε, τὸν ἄδην ἄχρηστον ἐποίησε, καὶ διαβόλη τὴν δύναμιν ἐξέλυσε, καὶ εἰς ſώματα ὑγίαιαν ἔκ ἐσιν ἀξιόπιστον; τὴν οἰκκμένην ἀνέστησεν ἅπασαν, καὶ ſυ αὐτῶν δαῖμονες; καὶ τίνοντες ἀξιόπιστοι εἶη, εἰπέ μοι, ἔκ πειράσειν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιδείκναι ſαυτῶν πειράσειν, γραῖδα μεθύοντα καὶ πειράζοντα εἰς τὴν οἰκίαν ſε εἰσάγων, καὶ ἔκ αἰχύνης ἔδιδοντες μὴ τοσαύτην φιλοſοφίαν πρὸς ταῦτα ἐπτοημένον; καὶ τὸ χαλεπώτερον τῆς ἀπάτης, ὅταν γὰρ παραινῶμεν ταῦτα, καὶ ἀπάγωμεν, δοκῶντες ἀπολογεῖσθαι φαſίν, ὅτι χριſτιανὴ εἰς ἡ γυνὴ ἢ ταῦτα ἐπάδεσκα, καὶ ἔκ ἐτερον φθέγγεται ἢ τὸ θεῶν ὄνομα. δὲ το μὲν ἐν αὐτὴν μάλιστα μισῶ καὶ ἀποſτρέφομαι, ὅτι τῶ ὀνόματι τοῦ θεοῦ πρὸς ὕβριν κατακέχρηται, ὅτι λέγουσα χριſτιανὴ εἶναι, τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιδείκνυται. καὶ γὰρ οἱ δαίμονες τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα ἐφθέγγετο, ἀλλ' ἦσαν δαίμονες, καὶ ἔτι εἶπεν πρὸς τὸν χριſτὸν, οἶδα μὲν ſε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, καὶ ὁμῶς ἐπετίμησεν αὐτοῖς καὶ ἀπήλασε. δὲ δὴ ταῦτα πειράζοντα τῆς ἀπάτης καθαρεύειν ταύτης, καὶ καθάπερ βακτηρίαν ἔχειν τὸ ῥῆμα τοῦ. καὶ ὥς περ χωρὶς ὑποδημάτων ἢ ἱματίων, ἔκ ἂν ἐλοιτό τις ὑμῶν εἰς τὴν ἀγορὴν καθεῖναι, ὅτω χωρὶς τοῦ ῥήματος τέτε μὴ δέποτε εἰς τὴν ἀγορὴν ἐμβάλης, ἀλλ' ὅταν μέλλης ὑποβαίνειν τὰ πόδια, τοῦ πυλῶντος, τοῦ φθέγγεσθαι τὸ ῥῆμα*

ῥῆμα πρότερον, ὑποτάσσομαι σοι Σατανᾶ, καὶ τῇ πόμπῃ σου καὶ τῇ λατρείᾳ
 σου, καὶ συντάσσομαι σοι Χειρὲ· καὶ μηδέποτε χωρὶς τῆς φωνῆς ταύτης ἐξέλ-
 θης. τὸτόσοι βακίηρία ἔσαι, τὸτο ὄπλον, ἔτο πύργος ἀμαχός. καὶ ἔ-
 ῥήματός τέ τέ καὶ τὸν σαυρόν ἐπὶ τῷ μετώπῳ ὁ δικτύωσον· ἔτω γὰρ ὁ
 μόνον ἀνθρώπος ἀπαντῶν, ἀλλ' ἐδὲ αὐτὸς διάβολος βλάψαι τί δυ-
 νήσεται μετὰ τέτων σε ὁρῶν τῶν ὀπλῶν πανταχῇ φαινόμενον. Trans-
 ferente Bernardo Brixiano: *Quid vero diceret aliquis de his, qui*
carminibus ἔξ ligaturis utuntur, ἔξ de circumligantibus aurea Ale-
xandri Macedonis numismata capiti vel pedibus? dic mihi, hanc
sunt expectationes nostrae, ut post crucem ἔξ mortem dominicam in
gentilis regis imagine spem salutis habeamus? Ignoras quanta crux
perfecit? mortem dissolvit, peccatum extinxit, orcum inanem reddi-
dit, diaboli solvit potentiam, ἔξ ad corporis sanitatem præstandam non
est fide digna? totum orbem exuscitavit, ἔξ tu in ipsa non confidis?
ἔξ quid pati dignus non esses? Non ligaturas vero tantum, sed etiam
excantamenta tibi circumducis, vetulas ebrias ἔξ titubantes domum
ducens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam adhuc trepi-
dans disciplinā: ἔξ quod gravius est errore, quando hac admonemus,
ἔξ dissuademus, putantes se excusari, dicunt, quod, Christiana est mu-
lier hac excantans, ἔξ nihil aliud loquitur, quā DEI nomen. Propter-
ea namq̃ potissimū ipsam odi ἔξ aversor, quod DEI nomine ad con-
tumeliam utitur: quod se dicens esse Christianam, Gentilium opera
facit: etenim ἔξ demones DEI nomen fatebantur, sed tamen erant
daemones, ἔξ ita Christo dicebant: (Marc. I. 14.) scimus te, qui sis,
sanctus DEI: ἔξ tamen ipsas increpavit, ἔξ eiecit. Propterea quip-
pe vobis supplico, ut ab hac sitis fallacia puri, ἔξ tanquam baculum
hoc verbum habeatis. Et sicut sine calceamentis, vel vestimentis ve-
strum nemo in forum descendere eligeret: Ita sine verbo hoc nun-
quam in forum prodeas, sed cum es januæ vestibula transgressurus,
hoc prius loquere verbum, Abrenuntio tibi Satana, ἔξ pompæ tuæ,
ἔξ cultui tuo, ἔξ conjungor tibi Christe. Ne unquam absq̃
hac voce exeas: hac erit tibi baculus, hac armatura, hac turris
inexpugnabilis. Cum hoc verbo ἔξ crucem in fronte imprime: sic
enim non tantum homo occurrens, verum nec ipse diabolus te quic-
quam ledere poterit, cum his te cernens armis ubiq̃ apparentem ἔξc.
 Idem Pater homil. 39. Edition. Paris. sive 6. adversus Judæos
 pag. 477. de ægroto Joh. 5. Piscinæ Bethesdæ accumbente cum
 laude

laude prædicat : καὶ ἡδὲ ὡς ἔδραμεν ἐπὶ μάντεις, ἡλθε πρὸς
ἐπαοιδῶν, ἡκ ἐπέδησε περὶ ἀπὶα· ἀλλ' ἀνέμενε τὴν ᾧα τῆ Θεῶ
βοήθειαν. διὰ τὸτο πρὸς τῷ τέλει θαυμαστῆς τινὸς καὶ ᾧα δόξας θε-
ραπειᾶς ἔτυχεν. Erasmo Roterodamo interprete: *Nec sic qui-
dem confugit ad vates, non adiit incantatores, non alligavit amuleta,
sed expectavit divinam opem, eoq̃ tandē admirandam quandam ἑ in-
auditam sanitatē adeptus c̃st.* Paulo post de Lazaro pag. 478. ἀλλ'
ὁμῶς, ἡκ ἐπαοιδὸν ἐζήτησεν, ἡ πέταλα περιῆψεν, ἡ μαγανείας ἐκίνη-
σεν, καὶ γοήτας πρὸς ἐαυτὴν ἐκάλεσεν, καὶ ἄλλο τι τῶν κεκωλυμένων ἐποί-
ησεν, ἀλλ' εἴλετο μᾶλλον τοῖς κακοῖς ἐναποθανεῖν ἐκείνοις, ἢ τῆς εὐσε-
βείας μικρὸν τι προδῆναι μέρῳ. *Handtamen quærebat incantorem,
nō petala circumligavit, non expertus est imposturas, non veneficos ad se
vocavit, nec aliud quicquam veterarum artium tentavit, sed prius ha-
buit illis immorialis, quam ulla ex parte deferere pietatem.* Deniq;
pagina 480. καθάπερ ἐκεῖνοι (μάρτυρες) μαρίζεσθαι καὶ βασανίζεσθαι
εἶλοντο, ἵνα τιμηθῶσιν· ἔγω καὶ σὺ σήμερον εἰλῶ μαρίζεσθαι καὶ βασανί-
ζεσθαι ᾧα τῆ πυρετῆς, καὶ τῶν τραυμάτων, ὥς μὴ προσιέσθαι ἀσεβεῖς
ἐπὶ δᾶς μηδὲ περὶ ἀπὶα, καὶ ταῖς ἐλπίσι τὰνταῖς τρεφόμενῳ, ἡδὲ αἰ-
δήσει τῶν ἀντικειμένων θειῶν. *Quemadmodum illi (martyres)
præoptarunt cedi flagris torqueriq̃, à febris vulneribusq̃, ne admitteres
impia incantamenta, neve amuleta, ἑ tali spe nutritus, ne senties qui-
dem adversantes dolores.* Hisce plura consona in sequentibus
deprehendet, qui plura desiderat. Augustinus etiam pluribus
in locis amuleta detestatur, ut serm. 215. de tempore. *Cum ergò
duplicia bona (corporis sanitatem & peccatorum indulgentiam)
possint in Ecclesia inveniri, quare per præcantatores, per fontes ἑ ar-
bores, ἑ diabolica phylacteria, per characteres ἑ aruspices ἑ divi-
nos ἑ sortilegos multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre.*
Paulo post: *Etsi adhuc videtis aliquos, aut ad fontes, aut ad arbores
vota reddere, ἑ sicut iam dictum est, sortilegos etiam ἑ divinos præ-
cantatores inquirere, phylacteria etiam diabolica ἑ characteres aut
herbas vel succos sibi aut suis appendere, durissime tanta eorum pecca-
ta increpantes dicite, quia quicumq̃ fecerit hoc malum, perdit baptismi
sacramentum.* Idem de Catechizandis rudibus cap. 25. *Multos
visurus es ebriosos, avaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornica-
tores, remedia sacrilega sibi allegantes, præcantatoribus ἑ Mathema-
ticiis, vel quarumlibet impiarum artium divinatoribus deditos.* Lib. 2.

de doctrina Christiana c. 20. *Adhoc genus (magicarum artium) pertinent omnes etiam ligaturæ, atq; remedia, quæ medicorum quoq; disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis atq; illigandis &c. L. 10. de Civit. DEI, cap. 11. ex epistola Porphyrii ad Anebuntem Ægyptium hæc profert. Querit etiam (Porphyrius ex Anebunte) veluti dubitans, utrum in divinantibus & quædam mira facientibus animæ sint potentiores: an aliqui spiritus extrinsecus veniant. Et potius venire extrinsecus conjicit, eo quod lapidibus & herbis adhibitis, & alligent quosdam & aperiant, clausa hostia, vel aliquid ejusmodi mirabiliter, operentur. Unde dicit alios opinari, esse quoddam genus, cui exaudire sit proprium, natura fallax, omniforme, multimodum, simulans deos & demones, & animas defunctorum & hoc esse, quod efficiat hæc omnia, quæ videntur bona esse vel parva: ceterum circa ea, quæ bona sunt, nihil opitulari, imo vero ista nec nosse, sed & male conciliare, & insimulare atq; impedire nonnunquam virtutis sedulos sectatores, & plenum esse temeritatis & fastus, gaudere nidoribus, adulationibus capi, & cætera quæ de hoc genere fallacium malignorumq; spirituum, qui extrinsecus in animam veniunt, humanosq; sensus sopitos vigilantesq; deludunt, non tanquam sibi persuasæ confirmat, sed tam tenuiter suspicatur, aut dubitat, ut hæc alios asserat opinari. His suam mox subjungit sententiam Hipponensis Præsul: Quod ei (Porphyrio) videtur herbis & lapidibus & animalibus & sonis certis quibusdam ac vocibus ac figurationibus atq; figmentis, quibusdam etiam observatis in cœli conversione motibus siderum, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas variis effectibus exequendis, totum hoc ad eosdem ipsos demones pertinet ludificatores animarum sibi met subditarum, & voluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes. Circa finem capitis cit. Verum quia tanta & talia geruntur his artibus, ut universum modum humanæ facultatis excedant, quid restat, nisi ut ea, quæ mirifice tanquam divinitus prædici vel fieri videntur, (nec tamen ad unius dei cultum referuntur &c. sed ad proprias affectus sedandos, & libidines explendas) malignorum demonum ludibria & seductoria impedimenta, quæ vera pietate cavenda sunt, prudenter intelligantur. Eadem mens Marfilio Ficino Lib. 3. de vita cælitus comparanda. c. 18. asserentis. Referre mirabiles quosdam effectus imaginum in demonum falsitatem,*

sitatem, nec est à Platoniciis alienum. Nam & Jamblichus ait, eos qui religione summa sanctimoniaq; posthabita, imaginibus duntaxat confisi, ab eis divina sperant munera, hac in re à malis demonibus sæpissime falli, sub prætextu bonorum numinum occurrentibus. Con-tingere tamen ex imaginibus legitima Astrologia ratione constructis naturalia quædam bona, non negat. Et cap. 15. ejusdem lib. 3. Didici, inquit, à Theologis & Jamblichō, imaginum fictores à demonibus malis occupari sæpius atq; falli. Nimis prolixum foret recentiorum Theologorum adicere calculum.

27. Nec in Ecclesia solum damnata amuletorum ars est; verum etiam Cæsarum legibus interdicta. Sub Antonino Caracallo damnatos esse, qui remedia quartanis tertianisq; collo annexa gestarent, memoriæ prodidit Æl. Spartian. in vita ejus pag. 314. Edit. Gruter. Sub Constantio pronuntiatus capitis reus interibat, si quis amuleti incantamentum ad leniendum adhiberet dolorem, aut remedia quartana vel doloris alterius collo gestaret, sive per monumen- tum transisse vespere, malevolorum argeretur indiciis; ut veneficus, sepulcrorumq; horrores, & errantium ibidem animarum ludibria colligens vana, memorante Amm. Marcell. Lib. 16. c. 12. & L. 19, cap. 28. Ulpianus l. 1. §. 3. ff. de var. & extr. cogn. improbat medi- cum, si incantavit, si imprecatus est, si exorcizavit, asserens, non esse ista Medicina genera, tametsi sint, qui hac sibi profuisse cum prædica- tione affirmant. Cumque artes Tillemanicæ omnino sint Magi- cæ, iisdem pœnis submittendæ sunt, quales hisce dictat C. L. 9. tit. 18. Conf. omnino Gothofred. ad Cod. Theodos. Tom. 3. pag. 117. Joan. Filescii Idololat. Magic. fol. 30. Sic quoque Car- ol V. Constitut. Criminal. art. 109. magicas artes exercentibus pœnas minatur, etiamsi nihil damni aliis creaturis intulerint.

28. Sed juvabit forte penitiorem cognitionem petere ex speciali amuletorum descriptione, quæ partim amicorum com- municatione obtinui, partim ex diversis scriptoribus collegi. Traduntur quædam amuleta cælo delapsa; plurima artificio parantur; Utraque vel majora, vel minora. Majora cælitus missa, quæ Jamblichus in libro *περὶ ἀγαλμάτων*, de simulacris à Photio recitato cod. 215. Bibliothecæ, hominum manibus occulta quædam arte fabricata & ob incognitum artificem cælo delapsa nomi- nari affirmat, sunt Græcorum Palladium *διοπετής* & Ancile Ro- mano-

manorum. Palladium fuisse produnt simulacrum Palladis tri-
um cubitorum, dextra hastam, sinistra colum & fufum tenens,
quod alii cælo delapsum referunt; alii à Mathematico quodam
Afio per optimum horoscopus fabrefactum & Trojanis datum,
ut civitas eorum incolumis foret & inexpugnabilis, quamdiu in
ea Palladium inviolatum fervaretur; sed à Diomede & Ulyffe
clam furto ablatum & post excidium Trojæ ab Ænea Romã de-
latum: quanquam & alia plura loca ejusdem Palladii gloriam
sibi arrogarunt. Quare Freinsh. not. ad Flor. l. 1. cap. 2. fcite,
Poffet, inquit, Romanis hoc loco objici, quod à Strabone lib. 6. Hera-
cleotis. At multo etiam protervius est ea ab Ilio allata fabulari, qua
scriptores ponunt. Nam & Heraclea, & Lavinij & Luceria & Si-
ritide Minerva habetur Iliaca, quasi ab Ilio allata. Sic & alii Athe-
nas allatum esse narraverunt: alij duo diverfa Palladia numera-
runt, Trajanum & Athenienfe. Vid. Gyrald. de Diis gentium
Syntagm. XI. pag. m. 468. & 469. Plura quoque Palladia asse-
rit Pherecydes apud Nat. Com. Mytholog. l. 4. c. 5. p. m. 306.
Quænam vera Iliaca Pallas fuerit, disquirat Jul. Frimicus de er-
rore profan. religionum pag. m. 26. Ubi ait: Volo sane diligenter
inquirere, cujus Minervæ hoc volunt esse signum. Plures enim Mi-
nervas fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singularum
itaq; genus, institutum, artem, propositumq; dicamus, ut ex his omni-
bis inveniri poffit, Palladium cujus Minerva fit nomine consecratum.
Quinq; Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est
Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad ur-
banæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in
Ægypto, Nili Regis filia, textrina artis magistra. Tertia vero pa-
tre Saturno genita est. Sed hanc Viraginem fuisse commemorant:
nam nunquam se intra foeminei sexus verecundiam tenuit, sed arma
semper strepitumq; pugnarum, & cruenta fequuta est studia bello-
rum. Quarta Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occifum patri detulit
Liberum. Quinta Pallante patre, & Tritonide matre orta est, quæ
patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc
parricidialis amentia furoris & vefanæ temeritatis inflinctu, patrem
Pallantem, crudeli morte jugulavit. Nec simplici Patris morte con-
tenta, ut diutius malis fuis frucretur, & ut de morte patris crudelius
triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est, ut parricidij facinus ex
crude-

crudeli ostentatione publicaret. Huius est Palladium, pro nefas, nomine consecratum. Hæc est Pallas, quæ colitur, hæc est, quæ pontificali lege servatur, & cuius facinus severius damnari debuerat, eius imago suppliciter adoratur. Porro quid de hoc Palladio sentiendum sit, uberius exponit idem Firmicus c. l. p. m. 24. his verbis: Palladium etiam quid sit numen audite. Simulachrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc avarus Scytha fecisse perhibetur, iam quale sit considerate, quod scytha barbarus consecravit. Estne aliquid apud Scythas humana ratione compositum, & illa effera gens (hominum) & crudeli atq; inhumana semper atrocitate grassata, in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? simulacrum hoc Trojanis avarus vendidit, stultis hominibus vana promittens. Vendebatur DEUS, ut prodesset emptori, & emptor suppliciter adorabat, quicquid paulo ante viderat subhastatum. Substantia autem simulacri ipsius ex ossibus Pelopis est. Si humana vis miseros homines ossa venerari, purioris saltem & castioris hominis reliquias collige. Accedat idolo quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in delitiis amatori fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit. Sed nec ad ulto ei scelus defuit. Is enim, cuius filiam petebat, eum fraude proditoris occidit. Proditorem etiam ipsum perjuris aggressus est, & ne promissa redderet præmia, hunc eundem per abrupta præcipitia iactavit. En cuius electa sunt ossa, ut DEUS fieret, qui urbes & regna servaret. Sed nec servavit aliquando nec profuit, & quid se maneat, ex urbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troja à Grecis, à Gallis Roma, & ex utraq; incendio Palladium reservatum est. Sed reservatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio: ab utroq; enim loco homines liberant, & translatum est, ne humano flagraret incendio. Tanto numini humana fuerunt præsidia necessaria, & ne arderet, humanam quasivit auxilium. Dilatum est Palladium ab incendio, non liberatum. Stat sententia, manet poena, ignis imminet, ignis urget, quem vitare non poterit. Jam parturit flamma celestis, jam divina animadversionis nunciatur exitium, in hoc incendio Palladium latebras invenire non poterit, ignis iste scrutatur abdita, querit absconsa: & quicquid errantes homines vanis persuasionibus perdidit, rapida flammarum populatione complectitur: Malach. 4. Venit enim (inquit) dies Domini, ut ardens clibanus. Audisti quid veniat. Nihil est, quod ex te collectum in apothecis reponi possit,

E

sit,

fit, ardebis ut stipula, cuius inanis vilitas in cineres favillasq^{ue} servatur, quam rapax ignis violentia congeniti spiritus pascitur. Hic est exitus finisq^{ue} vester: hæc est pœna, quam pro deceptis hominibus DEUS statuit, ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem DEI miserum hominem aut decepit, aut perdidit. Si quod vero Palladium extiterit, arte Magica fabrefactum rectius sentire videtur Seldenus de Diis Syris pag. m. 106. & 107. Cæterum tolerari quoque potest interpretatio Natalis Comitæ, qui sub Minerva sapientiæ descriptionem latere putat & cit. loco pag. m. 312. hæc habet: *Erit igitur tamdiu civitas incolumis & inexpugnabilis ab hostibus, quamdiu inviolatum in ea Palladium servabitur.* Quid hoc significat Dii boni? an adeo stupidi sunt homines, ut nesciant neq^{ue} lapideam, neq^{ue} ligneam, neq^{ue} æream statuam per hæc rectè significari? an credendum est, statuarios esse in cœlo, è quorum officinis, ut primum absolute sunt statuae, ad nos aufugiant? quid hoc est monstri Dij boni? Quis non intelligit mirificam quandam sapientiam sub hac fabula occultari? Nam civitas illa, in qua religio ac Deorum metus parvi fiat, in qua sapientia desit in rebus publicis administrandis, in qua iustitia nulla sit, in qua non viri boni, sed opulenti & gratiosi summa rerum proficiantur, diutius consistere non potest. Ast ubi sapienter omnia gubernantur, neq^{ue} ulli impune fit injuria, tunc inviolatum persistit Palladium, neq^{ue} ulla vis est humana, quæ civitatem illam vel possit vel cupiat evertere. Illud videtur significasse Æschylus in Persis in eo carmine:

Ἰεοὶ τὸ ἐν σὺν Πάλλας θεῶς.


Urbem Dei Deæ tuentur Palladis.

Quod si Paris vel res alienas per injuriam non attigisset, vel si Priamus male ablatas reddidisset, & eandem rationem secuti fuissent posteri, nunc etiam staret amplissimum Trojanorum imperium. Dicitur Palladium è cœlo delapsum, quia res Divina sit sapientia, cuius initium est timor Domini, atq^{ue} omnis humana sapientia originem habet à DEO: quare Palladium de cœlo cecidit. Hæc necessaria est terram colentibus, hæc navigantibus, hæc artes exercentibus, cum omnia sapientiæ pareant: quod ea Minervæ cognomina significarunt.

29. Ancile latinius quam Ancyle scriptum, teste Vossio pag. 28. Etymologici sui, notat peltam Thracicam, quam è cœlo in Numæ manus, ingruente peste, decidisse memorat Plutarch.

tarch. in vita Numæ cap. 25. Ad hujus formam XII. alia ancilia summa arte confecit Mamurius Artifex, nulla alia mercede ex opere contentus, nisi quod in fine sacri Mamurii nomen accineretur. Quæ Numa, inter *Imperii pignora*, ut loquitur Florus Lib. I. c. 2. v. 3. posuit, quibus scilicet manentibus salus populi salva esset, & custodiæ Saliorum sacerdotum commissa. Hæc læva ferebant Salii, per urbem tripudiantes & carmina Saliaria canentes. Vid. Gyrald. de Diis Syntagm. 17. pag. 662. Occon. numism. Impp. Roman. pag. 55. sed eandem fidem meretur hoc Ancile, ac Egeria Dea, ex cujus congressu Numa ejusmodi sacra didicerit. De hac sive Dea sive Saga vide Jo. Filefaci Idololatricam Magicam fol. 38.

30. Minora amuleta cœlitus demissa dicuntur nummi, quorum meminit Thurneisserus in Onomastico suo pag. 44. hisce

verbis: ∴  ∴ Ασκήλιθ: Dieses sind güldene ganz dicke geformirte und runde/un wie ein Schlüssel in hohlechte Groschen oder Pfennig: Sie werden etwan Guttæ Apollinis und Spermata Solis & Iridis genennt. Sollen von krafft der Sonnen (durch würckung influentischer natürlicher und Elementischer Krafft) wann Sol die Regenbogen bescheinet/in puncto der Zusammentunfft der radiorum Solis & Iridis gehling erschaffen und also geformirt werden/und hernacher herab fallen. Es werden darauff wunderbarliche Figuren und Bildnißsen/deren selten zwei einander ehnlich judicirt und mit gar widerwertigen Sentenzen außgesprochen. Sie werden auch p p p von der Sonnen und einer heimlichen spiritualischen præparation herbenamset/wie dann das Griechisch auch von Ασκήνι und ἥλιθ versamlet/herkome. Paracelsus schreibt weitläufftig davon in Büchern de Impressionibus cœlestibus lib. 4. cap. 15. Quæ verba describere videntur numos aureos, quos Tabula IV. num. 12. 13. 14. & 15. exhibet, cum concavitate eorum accurate adscripta. Verum displicet hæc anilis sententia Eruditis, quotquot hac in re consului, qui potius eos à Vandalis in Sicilia cusos conjiciunt, potissimum in hanc sententiam adducti ex triquetro numi decimi tertii & tribus punctis numorum decimi quarti & decimi quinti, tria Insulæ promontoria denotantibus. Duodecimus crucem figere videtur numorum curiosis, Oedipo aliquo dignus. Gothicum

vel Vandalicum esse, concavitas ejus conjecturæ locum præbet. Literæ vero impressæ minimè cum Gothicis conveniunt, quales Bon. Vulcanius edidit. Frustra quoque evolvimus Jo. Tritheimij Polygraphiam, L. Thurneisseri Onomasticon & Olai Wormii Historiam Runicam. Conf. Tilem. Frisii Mînspiegel pag. 88. & 89. Cæterum signata metalla naturaliter cælitus de labi posse putat M. Tilemannus Frisius, qui speculi sui monetarii lib. 1. c. 22. p. m. 45. ita differit: Es sagen etliche erfahrne Leut / daß ehrmahls Pfenninge vom Himmel im Regen / do das Regenzeichen überauß helle gestanden / und seinen Glanz von sich in der Tropffen des Regens geworffen / herunter gefallen sein sollen / den alten Römischen Pfenningen / an Silber / Form und Gestalt / mit Hauptbildern gleich / außerhalb daß sie gerings umb / spinige Zacken / wie Sterne hatten / daher sie Sterneschoß / Asterisci, Guttæ Apollinis und Iridis Flores, von etlichen genannt worden seynd.

Ob nun wol deren mir nicht mehr als einer fürkommen / der mich angesehen / als wäre er fictitius, also von Menschen zugerichtet und gefeylet / so könnte es nun wohl nicht weniger geschehen seyn / als ein Meteoron und Wunderzeichen / deren Plinius lib. 2. gedencket. Sintemahl Gottes unaussprechliche Krafft wunderbarlich wirket / so wol in der Luft mit Stein / Blut / Kornregen / als in der Erden mit Gold / Silber und ander Metall / wachsend. Daß in den Schieffern zu Mansfeld schöne contrafactur des Kaysers / Papst und anderer Creatur / beyweilen gefunden werden / als immer ein kunstreicher Mahler könnte abreißen und aufstreichen. Wie den auch oft auff der Erden / daß die Sonne ihr selbst engen Bilde / ein Angesicht mit Flammen umgeben / in die Steine mit ihrem Scheine wirket / und nicht allein Gottes Macht / wunderbarlich erscheinet in der Luft / in und auff der Erden / sonder auch im wilden Meere / wie den Petrus Bizarus in libro de motu Belgico schreibt / das Anno 46. ein Wal-fisch in Niederland / auß dem Meer angelandet / mit manniger Gestalt grosser und kleiner Schiffe / mit Segel / Mastbäumen / Büchsen und aller Zugehör / einer Armaden / gleich wie ein Krieg und Schlacht zu Wasser geschicht / so ihm in seiner Haut und Fleisch gewachsen / und veraltet war / allen Menschen ein ungehört und schrecklich Wunderzeichen. Wie dann auch in diesem 87. Jahr / in Dennemarck ein Fisch

Fisch

Fisch mit wunderbarlichen Buchstaben gefangen worden / darauff der unverhoffentlich der tödlicher Abgang / des frommen Königs in Dennemareck gefolget. Also könnte es mit den geregneten Pfenningen / ein Wunderwerck Gottes auch gewesen seyn. Quæ verba latine versa occurrunt inferius suo loco. Utut vero talia dari posse concesserim, haud tamen nummis istis, si modo unquam extiterint, superstitiose peculiarem vim affingere licet. Quippe & plurima alia corpora præter ordinem peculiari nota naturaliter insignita, non æque peculiari virtute pollere compertum est.

31. Progređienti ad amuleta artificialia prius occurrunt majora, quæ potissimum formas animalium æmulabantur, & rationalium & irrationalium. Tilsemæ ad formam humanam effictæ referebant vel integram statuem, vel partem. Integræ statuæ memorantur tum in sacris, tum in profanis monumentis literariis. In sacris, præter Teraphim, quorum supra mentio facta est pag. 2. §. 3. quæque Tilsemas fuisse plures existimant, occurrit Exod. 14. v. 1. Baal Tzephon, Idolum à Magis ad siderum positum fabricatum, si fides Hebræorum interpretibus habenda sit, quam tamen iis derogat Seldenus Syntag. I. de Diis Syris, cap. 3. Contra ab Hebræorum parte stat Kitcherus in Oedypo & ex nostratibus Theologis August. Varenius ad cit. loc. Exodi pag. 221. ita commentans: *Baal Zephor fuit planities ampla, in qua per fauces illas Chirotarum perveniebatur, & in qua Idolum, eo nomine colebatur, quod à mari rubro Aquilonem versus spectans dominus Aquilonis dicebatur.* & Vincent. Schmuck. Homil. I. in cap. XIV. Exodi, pag. 9. ejus verba hæc sunt, Latine exhibita inferius: Und wird ihr Lager dahin sie sich begeben / beschrieben / daß es gewesen am Meer / oder in faucibus, das ist im Schlund des Gebürges Hiroth / welches sie auff beyden Seiten neben sich gehabt / und das Meer für sich / auch dabey an denselben Orten die Festung Migdol / auff dem einen Berg am Meer gelegen / also da es eine hohe Warte gehabt / und einen Abgott / den man Baal Zephon / das heißt Dominum Speculæ genennet. Derselbe Baal oder Abgott die Grenzen hat sollen beschirmen / und wie Paulus Fagius, und andere Hebræer schreiben / die Knechte / wann sie entlauffen /

wider zurück in Egypten treiben/und sie nicht auß dem Lande kommen
 lassen. Occurrunt etiam *ιερώματα τῶν ἀπὸ Ιαμνείας εἰδῶλων* 2. Mac.
 cab. 12. v. 40. Huc quoque spectat, quod Marfil. Ficinus L. 3. de
 vita cælitus comparanda c. 13. scribit: *Hebraei quoq; in Ægypto nu-
 triti, struere vitulum aureum didicerunt, ut eorundem Astrologi pu-
 tant, ad aucupandum Veneris Lunaq; favorem, contra Scorpionis atq;
 Martis influxum Iudais infestum.* Sed fides sit penes Ficinum.
 A profanis scriptoribus præcipuè memorantur Ægyptiorum &
 Sabæorum statuae. De Ægyptiorum idolis, quorum quædam
 consulentibus responsa reddidisse dicuntur, sequentia prodit
 Marfil. Ficin. L. 3. c. 13. *Narrat Haly (ad Carpi aphorism. 9. supra
 pag. 11. §. 14. expositum) notum illic (in Ægypto) sibi virum sa-
 pientem industria simili fecisse imagines, quæ moverentur, qualem ef-
 fectam, nescio quomodo, legimus ab Archyta. Quales & Trisme-
 gistus ait, Ægyptios ex certis mundi materiis facere consuevisse, & in
 eas opportunè animas demonum inferere solitos, atq; animum avi sui
 Mercurij. Item Phœbi cuiusdam, & Isidis Osiridisq; sic in statuas
 descendisse, profuturas hominibus, vel etiam nocituras. Huic illud
 simile, Prometheus figmento quodam luteo vitam rapuisse, lucemq;
 caelestem. Magi quin etiam Zoroastris sectatores, ad evocandum ab
 Hecate spiritum, utebantur aurea quadam pila Characteribus insigni-
 ta cœlestium, cui & sapphyrus erat insertus, & scutica quadam facta
 tauri corio vertebatur, atq; interim excantabant. Paulo post: Por-
 phyrus quoq; in Epistola ad Anebonem, imagines efficaces esse testatur,
 additq; certis quibusdam temporibus, qui à propriis suffumigationibus
 exhalabant, aërios demonas insinuari statim consuevisse. Iamblichus,
 cujus opus *περὶ ἀγαλμάτων* refutavit Joannes Philoponus pecu-
 liari libro à Photio recensito Cod. 215. Biblioth. pag. 254. Edi-
 tion. Rothomag. in materiis, quæ naturaliter superis consentanea
 sint, & opportunè riteq; collectæ undiq;, conflataq; fuerint, vires effe-
 ctusq; non solum cœlestes, sed etiam demoniacos & divinos suscipi
 posse confirmat. Idem omnino Proclus, atque Synefius. Idem
 Marf. capite ultimo L. 3. explicat artem ex Samuele Hebræo
 Astrologo parandi statuam futura prædicentem, ubi docet
 Metallum fundere ad hominis pulchri formam, die Mercurij, hora
 tertia, scilicet Saturni, quando Mercurius Saturnum in aquario
 subit in LX. cœli plaga, ascenditq; geminorum sidus, Mars à Sole com-
 buritur,*

buritur, nec Mercurium intuetur, Sol tamen aspicit conjunctionis illius locum, Venus interea aliquem obtinet angulum, occidentalis est & potens, Luna ex trigono gradum aspicit ascendentem similiterq; Saturnus. Sed recte subjungit 1. ejusmodi dispositionem siderum forte nunquam fieri posse. 2. Si modo loquentes statuas Ægyptii effecerint, non simplicem ipsum stellarum influxum ibi formasse verba, sed dæmonas. 3. Si forte contigerit, ut statuas ingressi fuerint, non cœlesti influxu esse devinctos, sed sponte potius suis cultoribus obsecutos denique decepturos. Conf. Lib. 3. cap. 20. Kirch. Tom. 2. Oedip. part. 2. pag. 447. Ex Elmacini Historia Arabica aliquot statuas recenset Hottingerus Histor. Orientalis pag. 191. 194. & 195. scilicet imaginem ab Hermete positam in veteri Mezer, ut arena ab illa aree arceretur: Item figuram hominis, in urbe quadam Andalusie Insulæ contra inundationem factam, cujus facies luto illita, per aquam ex mari ad murum usq; ascendentem, posteaq; ad locum suum redeuntem, abluatur; aliam denique hominis Afri clavem feræ dextra tenentis, contra irruptionem Barbarorum in eadem Insula Andalusia extructam ex lapidibus albis ad litus maris, cujus fundamentum æquabat altitudinem Tilsenæ sexaginta circiter, aut septuaginta cubitorum. Photius Biblioth. Cod. 80. ex Olympiodoro Historico memorat statuas Tilsenicas, quarum una circa Rhegium Bruttiorum metropolim ad trajectum freti Siculi occurrebat: tres in confiniis Thraciæ & Illyrici in terram defossæ erant contra irruptiones Barbarorum. De illa hæc cit. loco pag. 182. Edit. Rothomag. leguntur: ἔτι τὸ Ρήγιον μητρὶς πόλις ἐστὶ τῆς βρετανίας, ἐξ ἧς φησὶν ὁ ἱστορικὸς Ἀλάρικον ὅπῃ σικελίαν βεβλήμενον περαιοθῆναι, ὅπῃ χεῖρ ἔσθαι ἀγάλμα γὰρ οἱσι τετελεσμένον ἰσάμενον ἐκώλυε τὴν περαιοσιν. τετέλεστο δὲ, ὡς μυθολογεῖται, τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιον τε τῆ ἀπὸ τῆς αἰτνῆς πυρὸς, καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων. ἐν γὰρ τῷ ἐνὶ ποδὶ πῦρ ἀκρίμῃον ἐτύγχανε καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον ὃ καταλυθέντῃ, ὕστερον ἐκ τῆ αἰτνῆς πυρὸς, καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων βλάβας ἡ σικελία ἐδέξατο. κατέσχεψε δὲ τὸ ἀγάλμα Ἀσκληπιὸς, ὃ τῶν ἐν σικελίᾳ κλημάτων κωνσταντῖν καὶ Πλακιδίᾳς διοικητῆς καλασάς: ex versione And. Schotti. Rhegium metropolis esse Bruttiorum, e qua refert Historicus Alarichum, dum in Siciliam trajicere parat, retenu-

tum

tum fuisse. Statua enim, inquit, inaugurata, ibi stans, trajetum vetabat. Fuerat vero hac, ut fabulatur, ab antiquis inaugurata, cum ne *Aethna* montis ignes auerteret, tum ut maris transitu Barbares prohiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perennem aquam gestabat. Ea igitur statua confRACTA, tandem ex *Aethna*o igne, & à Barbaris detrimentum *Siciliam* cepisse. Eversam vero statuam ab *Aesculapio*, qui in *Sicilia* possessionum *Constantij* & *Placidiae* curator erat. De his vero pag. 187. & 188. sequentia ex *Olympiodoro* excerpfit: Οτι ὁ ἱστορικὸς φησι ὅτι Οὐαλερίῳ τινὸς τῶν ὀπισήμων ἀκῶσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν, τετελεσμένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν. ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις, φησὶ, Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ, ἐν τῇ θράκῃ Οὐαλερίῳ ἄρχοντι, μὲνυτις γέγονεν ὡς Θησαυροὺς εὐρεῖσθαι. Οὐαλερίῳ δὲ περὶ τὸν τόπον ἀναγενόμενῳ, μανθάνει περὶ τῶν περὶχωρίων: ἱερὸν τὸν τόπον εἶναι, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς, ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσαι. εἶτα ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ δέχεται γράμμα, ὅπως τρέπον αὐτῷ ἀναλαβεῖν τὰ μνησθέντα. ἀνορυχθῆντι τὴν τὸν τόπον εὐρίσκοντα τρεῖς ἀνδριάντες δι' ὅλα ἐξ ἀργύρου πεποιημένοι, ἐν χιτῶνι βαρβαρικῷ κατακείμενοι, καὶ ἐξ ἡγκωνοισμοῦ καὶ ἀμφοῖν τῶν χειρῶν, ἐν δευμένῳ καὶ βαρβαρον πεποι κιλμένην ἐπὶ ἡτῶν, καὶ κομῶντες τὰς κεφαλὰς, νέοντες ὅτι τὸ ἀρκτῶν μέρος τετέστι καὶ τῷ βαρβαρικῷ χώρῳ. τῶν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων περὶ ταῦ καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, πρῶτον μὲν τῷ γότθῳ μέρει πᾶσαν ὀπιτρέχει τὴν θράκην: ἐμελλε καὶ μικρὸν ὕστερον καὶ τὸ τῶν Ουννων καὶ τὸ τῶν σαρματῶν καταδραμεῖσθαι, τό τε ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν θράκην· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε θράκης, καὶ τῷ ἰλλυρικῷ, κατέκχτο τὰ τῆς τελετῆς. καὶ ἔφακε τῶν τριῶν ἀνδριάντων ὁ ἀριθμὸς, καὶ πάντες ἔθνεσ πελεῖσθαι βαρβάρους. Refert hic scriptor, audisse se à Valerio clarissimo viro, de argenteis statuīs ad Barbaros arcendis inauguratis. Nam Constantij, inquit, Imperatoris temporibus, Praefecto in Thracia Valerio, indicium factum thesauri reperiundi. Valerius vero ad locum accedens, sacrum illum esse religione ex incolis cognovit, & antiquo ritu statuas ibidem consecratus. Retulit hac ad Imperatorem, rescriptumque accepit, quo iubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidae ex argento fabricatae repertae sunt statuae, specie barbarica sitae, & utraq; brachio ansato, veste praeterea variegata barbarico ritu indutae, & comam capite gestantes atq; in septentrionem, quae Barbarorum ergio est, obversa. Quae simul atq; statuae sublatae sunt, paucos post

post

post dies, Gotthorum primum gens universam incurrit Thraciam; futuraq; post paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incursiones in Illyricum, & ipsam Thraciam: uti Thraciam inter & Illyricum sita sunt hæc consecrationis loca, & trium statuarum numerus, adversus omnes gentes barbaras in auguratus videbatur. J. Gaffarell. Curios. inaudit. part. 1. c. 6. p. 121. ex Leunclav. pandect. Turcic. cap. 130. reliquis Tilsemis annumerat statuam equitis ænei, quam Muchemed Sultan Constantinopoli destrui jussit, quamque destructam secuta fuerit pestis vehementissima, & singulis fere annis mense Julio & Augusto adhucdum redeat.

32. Tantum de integris statuīs; ex iis, quæ partem statuæ repræsentant, Tilsemis, duæ forte occurrunt, capitis humani & vultus humani. Caput humanum, quod oraculi instar responsa dabat, construxit Gerebertus Rhemensis Archiepiscopus, cujus meminit Seldenus l. 1. de Diis Syris cap. 2. pag. m. 109. his verbis: *Idem putandum de statuæ capite, quod Gerebertus ille Rhemensis primum, deinde Raven. Archiepiscopus, & postea Pontifex Max. Sylvester secundus dictus, à Saracenis Hispaniensibus idq; ad humanæ curiositatis satietatem edoctus in Oraculum sibi confluxit. G. Malmesburiensis de gestis Regum Angliæ 2. c. 10. De Gereberto fama dispersit, fuisse sibi statuæ caput, certa inspectione siderum, cum videlicet omnes Planetæ exordia cursus sui meditarentur, quod non nisi interrogatum loqueretur, sed verum vel affirmative vel negative pronunciaret. Verbi gratia, cum diceret Gerebertus: ero Apostolicus? responderet statuæ, Etiam. Morior antequam cantem Missam in Jerusalem? Non. Sed responso de Mortis tempore, deceptus est; cogitavit enim ille urbem Jerusalem; Oraculum autem sacras ædes sic dictas Romæ voluit: illic, postquam dominico, cui titulus: Statio ad Jerusalem, Pontifex ille Oraculi mentem non affecutus sacra celebrasset, misere vitam finivit. Formam vultus contra Pestem formati describit Kirch. Oedip. Tom. 2. part. 2. pag. 447.*

33. Plures reperiuntur in monumentis Historicorum Tilsemæ, bestiarum formas exhibentes, ut Canis apud Hottinger. Histor. Oriental. pag. 192. qui ex Jacobi Justi Judæi explicatione Chorographica terræ sanctæ hæc recitat: *Adonis, fluvius Phœnicæ notus, & à fabula Adonis sic nominatus, hodie dicitur fluvius Ca-*

F

nis.

nis. Siquidem illius regionis habitatores sibi persuadent, in quodam monte alto, vicinoq; illi fluvio Canem ex metallo arte magica conflatum fuisse, & cum hostiam Pyratarum naves, mare illud percurrerent, latrare, cuius latratu omnes commones factos confestim convenisse, & ad defensionem arma cepisse, hincq; nomen comparasse credant. Apollonius Tyaneus Tifsemanica arte culices Antiochia expulit, quod paucis his verbis Zetzes Hist. cap. 60. complexus est:

Ο Απολλώνι Θ αὐτὸς νέρων Θ ὦν ἐν χρόνοις,
Ο τυανεύς ὁ πάνσοφ Θ, ὁ προειδὼς τὰ πάντα,
Αντιοχείᾳ μὲν ποιεῖ νὰ μὴν καὶ βυζαντίῳ.
Μὴ παρεδύνην κώνωπας, ἕτερα τὲ τοιαῦτα.

ut Paulus Lacifius Veron. vertit:

*Apollonius hic, Neronis qui fuit temporibus,
Ille Tyaneus, sapientissimus, qui praesciebat omnia,
Antiochia quidem facit, imò & Byzantiū,
Ne ingrederentur culices, aliaq; huiusmodi.*

Sed uberius exposuit J. J. Boissard. de divinatione pag. 343. in-
quiens: *Antiochenses à culicibus & Scorpionibus pessime infestaban-
tur. Ad eos cum venisset Apollonius, calamitatem eorum miseratus,
aneum scorpionum conflavit, & terra defodi iussit; columnulamq; illi
imposuit consecratam. Pracepitq; Antiochensem populum calamos
gestare, circumire movendo calamos, & exclamando, Vacet urbs cu-
dicibus, vacet urbs scorpis: quo facto subito evanuerunt scorpiaq; culi-
cesq;. Idem Apollonius Byzantij marmoris ciconiarum simu-
lacris ciconias urbe exterminavit. Id quod uberius enarravit
Tzetzes cit. loco sequenti metro:*

Καὶ πελαργὺς ἐγγλύψας δὲ πῶποτε μαρμαρίνους,
Ἐκ βυζαντίου πελαργὺς ἐξήλασε μακρόθεν,
Οφεις νεκρὺς δεξαμεναῖς ῥιπτῶντας βυζαντίων,
Καὶ τὰ φαρμάκῳ κλείνοντας τὰς πίνοντας ἀδυσῶς.
Ποτὲ γὰρ ἔθνη Θ βάρβαρον ἐλάυνει βυζαντίοις,
Αποδημῶντ Θ ἀνακτ Θ τότε τῷ βυζαντίων,
Οἱ βάρβαροι τῇ πόλει δὲ προτέβαλον ἀδυσῶς.
Ἡ τῷ κρατῶντ Θ δὲ γυνὴ τῶν ἐχεφρόων ἔσα,
Ἐν ἰσρακίνοις σκέυεσιν ὄφεις πῶς βαλῶσα
Πᾶσι πολίταις δέδωκε τοῖς ἐαυτῆς πατρίδ Θ.

Ἀπὸ τῆς τείχεος σφενδονᾶν πρὸς στρατιὰν βαρβάρων.
 Οὐ γεγονότῃ, ὅλεθρῃ ἐμπίπτει τοῖς βαρβάροις,
 ὣς κατ' αὐτῶν, τῶν ἰφίων τότε στρατευομένων.
 Εἰς τὰς πατρίδας τολοιπὸν γραφόντων τῶν βαρβάρων.
 Οἱ ὄφεις ἐπεσφάτευσαν καὶ τῶν βυζαντίων.
 Πολλὰς αὐτῶν ἐδήγμασι κλείνοντες ἰοβόλοις.
 Εἶτα στρατός τις πελαργῶν τὴν ἰφίαν ἀναλίσκει.
 ὣς δὲ τὴν ὄφιν πρὸς αὐτὰς δεξαμένας ἐρρίπλεν.
 Καὶ πλείονα τὸν ὅλεθρον ἔδρων τοῖς βυζαντίοις.
 Τὴν μαρμαρίνικον πελαργὸν, ὃς ἔφην, σοιχειώσας,
 Ὁ ἀπολλώνιῳ αὐτὸς τὴν ἀληθεῖς ἐλάυνει.

*Atq; ciconias cum scalpisset olim marmoreas,
 Ex Byzantio ciconias expulit longe,
 Serpentes mortuos cisternis injicientes Byzantiis,
 Atq; veneno occidentes bibentes confertim.
 Olim enim gens Barbara invasit Byzantios,
 Absente Rege tunc Byzantium:
 Barbari vero in urbem irruerunt turmatim.
 In peratoris autem uxor ex prudentibus cum esset,
 Testaceis vasculis serpentes quodammodo injectos
 Omnibus civibus dedit suæ patriæ,
 Ut à manibus ejacularentur fundis exercitum Bar-
 barorum.*

*Quo factò, internecio invasit Barbaros,
 Tanquam contra se etiam serpentes militarent.
 In patrias postea reversis Barbaris,
 Serpentes aciem direxerunt in Byzantios,
 Multos eorum morsibus occidentes venenatis.
 Deinde exercitus quidam ciconiarum serpentes con-
 sumit.*

*Cui autem serpentes ad cisternas projicerent,
 Et majorem internecionem facerent Byzantiis,
 Marmoreas ciconias, quas dixi cum formasset
 Apollonius ipse, veras ejecit.*

Avem æneam contra Samaritanos in monte Gazirim à Romanis positam ex autore Chronologiæ Samaritanæ c. 46. latinè sic interpretatur J. H. Hottingerus Historiæ Oriental. L. 1. c. 8. pag. 192. *Prohibebantur etiam Samaritani ascendere montem (Gazirim) adeo ut illi, qui montem ascendit, supplicium montis annunciarint. Collocarunt autem Romani in vertice montis Tilsem, avem nempe æneam, (quam idem Hotting. Ennead. disputat. Heidelberg. pag. 29. Columbam fuisse asserit) quæ cum ipso Sole circumferebatur: Quod si ergo Samaritanus ascendit, clamavit avis: Hebræus! Unde colligentes, Samaritanum in monte esse, egressi sunt, eumq; occiderunt. Tilsemam aliquam Crocodili plumbeam ad coercenda hujus bestię plurima damna confectam & forte repertam sic describit H. Cardanus lib. 9. de subtilitate p. m. 317. Edit. Basile. Ubi & illud admiratione dignum, quod supra Chairum urbem seuiat, hominesq; occidat, infra autem mitè. Reserunt à septingentis annis, quibus Mahumeti cultores eam regionem obtinent, factos longè ferociores quam antea: hujusq; causam esse, quod in fundamentis templi cujusdam, hi statuam plumbeam crocodili invenerunt cum literis Ægyptiis, quæ conflata crocodilos in posterum deseviisse. & repetit J. C. Scaliger exercitat. 196. num. 6. ubi, *Acnet*, inquit, etiam hujus historiæ novitas studiosos. In Ægyptiorum Arabum libris ita scriptum est. Humethaben Thaulon præfectum Ægypto ab Arabibus, signum plumbeum Crocodili, quod in cujusdam templi fundamentis inventum esset, igne dissolvi iussisse. Quo ex tempore conqueruntur indigenæ: Crocodilis infestiores factas regiones. Adversus quorum maleficia signum illud à priscis sapientibus, & conformatum, & infossum fuisset. Tilsemam hanc Apollonio quoque autori tribuendam putat Boissardus cit. loco, aliam quandam ejusdem Apollonij commemorans his verhis: In Ægypto ad Nilum erecta fuit Stichiosis ab eodem Apollonio, quæ crocodilorum delabentium ex Æthiopia sevitia & impetus prohibebatur, & si qui irrepsissent secundi fluminis inundatione propulsi, innoxij tamen reddebantur. Hanc Selymus debellatis Sulthanis Campsone & Tomombao, occupataq; Ægypto tollere voluit, sed sapientum consilio monitus intactam reliquit. Contra vim serpentum Tilsemam ab Apollonio Byzantij erectam idem Boissardus, citato describit loco, ex Leunclavij Pandect. Turcic. cap. 130. *Columna*, inquit, quoq; hodie erecta*

recta

recta est in ejusdem (Byzantii) urbis Hippodromo , quod Atminda vocatur, cui impositi serpentes triplices ex are conflati, & inter se nodis coherntes. Hanc columnam Mahometes Turcarum Rex deturbare voluit: Pusdiganog³ (clavam ferream hoc nomine appellant Turca) unius serpentis os attrivit. Tunc subito ingens serpentum numerus per urbem obrepere visus est, magno omnium terrore, & metu. Tum quidam ex senioribus Principem monuerunt, ut à reliquorum serpentum aeneorum, qui in columna erecti erant, confractione abstineret, ne urbs incursione colubrorum infestaretur. Hoc motus consilio Princeps nihil ulterius molitus est, consecratione non penitus violata. Ita serpentes innoxij paulatim ex urbe proruperunt, & evanuerunt sine damno civium. Quidam hanc Stichiosim non Appollonio tribuunt, sed eo antiquiorem esse asseverant: dicuntq³ Constantinum Magnum Bizantij restauratorem eversis Delphis tripodem Apollini sacrum adportatum Constantinopolim, & ab Imperatore capitibus horum serpentum fuisse impositum. Conf. Camer. lib. 3. c. 20. Kirch. Tom. 2. part. 2. Oedip. pag. 447. Denique contra ictum scorpionum Tillemas fabricasse Apollonium paulo ante dictum est. Joseph. Scalig. Epist. pag. 485. Edit. Francofurt. ex quodam Cosmographo Arabe, cujus quoque pag. 391. meminit, recitat regionis Hamptz sub tertio climate, Urbem Hamptz cum observatione Talismannica extructam: quam neque serpentes neque scorpj unquam ingrediantur, quodque si qui forte usque ad portas urbis afferantur, subito moriantur. In summitate turris, quæ in media urbe extet, simulacrum æneum hominis equitantis conspici, quod quovis vento in partem contrariam moveatur. In muro autem hujus turris figuram scorpj lapidi cuidam insculptam esse, & si quis à scorpio vel serpente ictus in urbem ingressus figuram illam argillæ vel cretæ imprimat, vulnerique imponat, statim læsum sanari & à morte liberari. J. Gaffarellus curios. in audit. part. 1. cap. 6. pag. 120. ex itineralio Domini de Breves Legati Regis Galliæ refert, hunc in urbe Syriæ Tripoli lapidem vidisse muro insertum, cui figura scorpj insculpta erat, ad scorpiones exterminandos. Conf. Kirch. cit. loc. pag. 410. De quibus vero Tillemis quid sentiendum sit, bene docet Boissardus de divinatione cit. loco p. 347. ex Anastasio Theopolis Episcopo, qui, quibusdam, inquit, in locis ad hunc usque diem Apollonij Tyanai stant opera, & suam habent efficaciam: alia

quadrupedibus & volucribus damnosis avertendis: alia ad inordinatos animorum excursus inhibendos: alia aliis rebus, quæ hominibus detrimentum afferrent, arcendis. Neq; eo tantum vivo Dæmones per ipsum tot & talia egerunt, sed ipso etiam mortuo, ad monumentum ejus perseverarunt. Atq; ipsius nomine miracula quædam ediderunt, ad decipiendum miseros homines, qui facile hujusmodi rebus se à diabolo in fraudem adduci patiuntur.

34. Æmuleta majora excipiunt minora, quæ vel corporum naturalium sive integrorum, sive mutilorum speciem exhibent, vel artificialium. Ex illis unicum attulimus Tab. IV. n. 9. corallinum argenteo cingulo & annulo exornatum, contractam referens manum, inserto intra primores digito pollice. Hoc Hispani Higam vocant deque collo suspensum adhibent contra fascinum ac maleficia, docente Mart. Geig. tract. de superstitione ex Delrio disquis. magic. L. 1. cap. 4. quæst. 4. pag. 54. & L. 3. part. 1. q. 4. sect. 1. pag. 376. & Joh. Laz. Gutierrio de fascino dub. 2. pag. 9. & dub. 7. pag. 148. seqq. ubi latius in originem figuræ hujus inquiri dicit.

35. Ex iis, quæ artificialia exprimunt, potiora sunt annuli, quibus gemmas subjungemus & lamellæ nummorum instar cusæ. Potiora dico. quippe & alia signa occurrunt, sed pauciora: Sic urbis Neapolitanæ effigiem olla vitrea inclusam ex Arnoldi Abbatis Lubecensis historiæ Slavorum lib. 4. c. 19. refert Jo. Seldenus de Diis Syris Syntagm. 1. c. 2. pag. 107. Theophil. Paracels. Archidoxis Magicæ lib. 1. pag. 549. Edit. Argentorat. docet fabricari furcam ferream contra impotentiam virilem. Lib. 3. pag. 558. frameam ex Chalybe, contra muscas. Quos quidem Paracelsi libros Archidoxis Magicæ Leon. Thurneiss. Onomast. pag. 172. Monacho cuidam Wormatiensi tribuit.

36. Annulorum multus usus est in Magicis, & quos prisci magni fecerunt, teste Ficino l. 3. de vita cœlitus comparanda: c. 8. Nam Damis & Philostratus narrant, Hiarcham sapientum Indorum principem septem annulos confecisse, stellarum septem nominibus appellatos, eosq; Apollonio Thyanao dedisse. Qui deinde singulos diebus singulis gestaverit, juxta dierum nomina hos distinguens. Dixisse vero Hiarcham Apollonio, avum suum Philosophum annos centum atq; triginta vixisse, ejusmodi forsân cœlesti munere fretum. Quo
§

ἔξ Ἀπολλωνίου deinde usus, centesimo etiam anno, ut ajunt, juvenem
 præferebat. Ejusmodi annulum planetarum & signorum cœle-
 stium characteribus insignitum, quo Hadrianus usus est, ex Gor-
 læi Dactyliotheca in suum commentarium in Joann. Macarii
 Abraxas, pag. 61. transcripsit Jo. Chiffletius. Exhibemus nos
 quoque Tab. VII. num. 3. annulum aureum, quem collo suspen-
 sum & usque ad scrobiculum cordis propendentem contra pa-
 ralyfin gestant. De annulis, quos φυσικὰς καὶ φαρμακίτας Δακτυ-
 λους Græci vocabant, adversus serpentes, imo ad omnes dolores,
 κεφαλαλγίαν & tormina gestatis vid. Joseph. Scalig. not. in M.
 Manil. pag. 397. edit. Argentorat. Propius accedit Ficin, dict.
 loco ad confectionem annulorum magicorum, quam ex The-
 bit Philosopho tradidit. Hic enim docet, ad captandam ali-
 cuius stellæ (fixæ insignioris) virtutem, lapidem ejus accipere, herbam-
 que ejusdem, annulumq₃ aureum facere vel argenteum, in quo lapil-
 lum inferas herba subjecta, gerasq₃ tangentem. Id autem efficias,
 quando Luna subit stellam, aut aspicit aspectu trino vel sextili, ἔξ stel-
 læ in medio percurrit cælo vel ascendente. Hic subjungit etiam,
 quid de iis idem sentiat. Deniq₃, ait, si quid ejusmodi annuli
 virtutis habent ex alto, id quidem non tam ad animam, vel ad crassum
 corpus pertinere arbitror, quam ad spiritum, calefacto paulatim annu-
 lo, sic inde vel sic affectum, ut firmior efficiatur, aut clarior, vehemen-
 tior, aut mitior, severior aut latior. Quæ quidem affectiones in cor-
 pus quidem omnino, ἔξ in animam sensualem quodammodo, plenumq₃
 indulgentem corpori transeunt. Quod autem adversus demonas
 aut hostes, aut ad principum gratiam profuturos annulos pollicentur,
 vel fictum est, vel inde deductum, quod spiritum intentum firmumq₃
 efficiant, vel etiam mansuetum, obsequio amabilem, atq₃ gratiosum.
 Stilo non magico, nec gentili, sed Christiano annulos signare
 præcipit Clemens Alexandrinus Pædagog. L. 3. c. 11. pag. 246.
 Edit. Parisiens. αἰδὲ σφραγίδες ἡμῖν ἔσων πελιδὰς, ἢ ἰχθὺς, ἢ ναῦς
 ἑρανοδρομῶσα· ἢ λύρα μουσικὴ, ἢ κέχρηται Πολυκράτης· ἢ ἄγκυρα
 ναυτικὴ, ἢν Σέλευκος ἐνεχαράττετο τῇ κλυεῖ· καὶ ἀλιέων τις ἢ
 Ἀπολόων μεμνήσεται, καὶ τῶν ἐξ ὕδατος ἀνασπασμένων παιδίων· καὶ
 γὰρ εἰδῶλων πρὸς ὅσα ἐναποτυπωθέν. Sint autem nobis signacula
 columba, (qualis occurrit Noë cum iride in annulo 118. Abrah.
 Gorlæi,) vel piscis, vel navis, quæ celeris cursu à vento fertur, vel Ly-
 ra

ra Musica, qua usus est Polycrates, vel anchora nautica, quam insculpebat Seleucus: & si sit aliquis, qui piscetur, meminerit Apostoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimendae facies, quibus vel solum attendere prohibitum est.

37. Annulis subjungimus gemmas, quas in usum Amuletorum ob duritiem adhibere malunt artifices. Lapilli, inquit Marf. Ficin. L. 3. de vita coelit. comp. c. 13. atque metalla, & si ad accipiendum caeleste munus duriora videntur, diutius tamen retinent, quod confirmat Iamblichus, si acceperit. Sua nempe duritia, vestigia quoque donaque vite mundanae post evulsionem diutissime continent, quae quondam haerentia terrae possederant. Quamobrem ob hoc saltem apta materia ad capienda tenendaque caelestia judicantur. Ex his atque Crystallum, Jaspides, Smaragdum, Hyacinthum, Sardium, & Amethystum.

38. Crystalli longitudinem & latitudinem monstrant exacte Tab. I. & II. crassitiem Tab. V. Fig. 3. Lapidem ambit lamina aenea inaurata, quae anteriore facie nomina Divina & Angelica exhibet; posteriori Planetarum characteres, adscriptis praesidium nominibus. Singula pensiculabimus. Primum legitur in anterioris faciei extrema zona יהוה אחד *Jeshu Elohe-nu Jehova Echad. Dominus DEUS noster Dominus unus.* Videntur haec verba desumpta ex Deut. VI. v. 4. solum יהוה pro יהוה textus sacri positum est, vocabulum ex יבא של והלו, quousque veniat *Messiah* cabalistiche compositum. Vid. Corn. Agripp. Philos. occult. L. 3. cap. 11. In sequenti cingulo extat: אדני שדי אלהים, *Adonai Schadai, Elohim Zebaoth, Dominus omnipotens, Deus exercituum.* In tertio recensentur copiosius nomina Divina: יהוה צבאות אלהים גיבר אל יהוה אלהים יהוה אחד: *Jehova Zebaoth Eloah Elohim Gibbor El Jehovah Elohim Jehovah Ehieh*, de quibus prolixè P. Galatin. lib. I. de arcanis Cathol. veritatis. Joh. Reuchlin lib. 3. de Cabala. pag. 735. & seqq. Edit. Francofurt. Corn. Agripp. Philos. Occult. L. 3. c. 10. & 11. Triangulo duplici inscriptum אדני *Adonai.* Videntur hisce nominibus innui decem Sephiroth, numerationes sive emanationes divinae, à Cabalisticis traditae, sed ordine luxato, quem ex Reuchlino & Agrippa ita restituimus: Ehieh, Jes seu Jod tetragrammaton, El, Elohim, Eloha, Adonai Sabaoth, Elohe Sabaoth, Sadai,

Sadai, Adonai. In quorum Sephiroth explicatione Agrippa altius descendit Christianorum nugas cum Judaicis commiscens : ex quo sequentia, quæ ad explicationem averſæ amuleti faciei ſpectant, ſynopticè tranſcribenda duximus.

Nomen Divinum.	Eheje	Iod	Elohim	El	Elohim Gibbor
Sephiroth	Cether, Corona.	Hochma, Sapientia.	Bina, Providentia	Hæſed, Clementia.	Geburach, Potentia
Ordo angelicus.	Seraphim.	Cherubim.	Throni,	Dominatio- nes,	Potestates.
Sphæra celeſtis.	Primū mobile	Firmamentū	Sph. Saturn.	Sph. Iovis.	Sph. Martis,
Intelli- gentia.	Merattron.	Raziel.	Zaphchiel & Iophiel.	Zadkiel.	Camael.
Præfecta	Moſi.	Adamo.	Noæ, Semo.	Abrahæ.	Samſoni.

Nomen divinum.	Eloha	Adonai Sa- baoth	Elohim Sa- baoth	Sadai	Adonai
Sephiroth	Tiphereth, Ornatus.	Nezah, Triumphus.	Hod, Laus.	Ieſod, Fun- damentum.	Malchuth, Regnum.
Ordo an- gelicus.	Virtutes.	Principatus.	Archangeli.	Angeli.	Animæ be- atæ.
Sphæra celeſtis.	Sph. Solis.	Sph. Veneris.	Sph. Mercu- rii.	Sph. Lunæ.	
Intelligen- tia.	Raphael & Pe- liel.	Haniel, Ce- ruiel.	Michael.	Gabriel.	Anima Meſſiæ
Præfecta	Iſaaco, Iacobo, Tobiz junio ri.	Davidi.	Salomoni.	Iosepho, Iofuæ & Danieli.	

Supponit autem Agrippa decem nomina principalia divina, veluti decem numina, cen DEI membra per decem Sephiroth, veluti per ve- ſtimenta ſive instrumenta vel exemplaria archetypi influere in omnia,

G

quæ

quæ creata sunt, per singula superiora usq; in infima ordine tamen quodam. Deinde distinguit inter numerationes summas, quarum jussu fiant omnia, tres scilicet priores tribus Divinis personis attributas, & septem reliquas inferiores, fabricæ dictas, per quas illæ operantur. Speciatim vero quomodo singulorum nominum influxus descendat per sua Sephiroth, ordines Angelicos, Sphæras, Intelligentias, præmissa tabula monstrat. Ad amuletum nostrum reversis infra divina occurrunt nomina Angelicorum ordinum, sive Hierarchiarum novem, quotquot potissimum ex Dionysio Areopagita Pontificii recensent & asserunt. Ornamentis interioribus Crystallum inclusum obtegentibus n-
sculpta leguntur DATAN, EFFRON ET ABIRON vocabula, quæ quidem tricipitis factionis Num. XVI. autores innuere videntur; sed verius magica esse ipsa obscuritatis nota probat, de qua inferius quædam ex professo dicemus.

39. In posterioris faciei in forma crucis distinctæ exteriori fascia excurrit dictum. אדני אלה גיבור לעולם, *Adonai Al-
bach Gibbor Leolam*: Domine tu potens in æternum. In secunda fascia extant nomina Intelligentiarum, quæ Sphæris planetarum præesse creduntur: prout eas denominavit Agrippa paragrapho proxime præcedenti. Nam differunt hac in re intelligentiarum scriptores, qui secundum eundem planetarum ordinem, quem Agrippa quoque sequitur, aliter atque aliter intelligentias recensent. Sic apud Kirch. Oedip. Tom. 2. part. 2. pag. 187. ab Ægyptiis dicuntur Rephaniel, Piseusiel, Typhaniel, Piriël, Surriel, Anubiel, Piosiel. Apud eundem Kircherum c. l. pag. 234. à R. Abraham Auenar recensentur: Caphiel, Zadkiel, Camael, Michael, Anael, Raphael, Gabriel. Referente Sebastiano Münstero in fine Calendarii Hebraici Basileæ 1527. editi, secundum Hebræos vocantur Kaphriel, Zadkiel, Samael, Raphael, Oniel, Michael, Gabriel. A Trithemio, qui peculiarem tractatum de septem secundeis, id est, intelligentiis ad Imperator. Maximilianum scripsit, subjunctum ejusdem Polygraphiæ, editionis Zetznerianæ, enumerantur Oraphiel, Zachariël, Samael, Michael, Anael, Raphael & Gabriel. Autori libelli Arabatel de Magia Veterum Basileæ 1575. excusi, sunt Aratron, Bethor, Phaleg, Och, Hagith, Ophiel, Phul. Joh. Frid. Jungius, Argentoratensis.

toratenfis, qui ejusmodi nugas etiam ſectatus eſt, ordinem Trit-
hemij aliquantum mutavit, cui ſunt Orphiel, Raphael, Ana-
el, Michael, Samuel, Zachariel, Gabriel. Quæ quidem diffe-
rentia autorum, præterquam quod nullum aliquod ſolidum af-
ſertionis fundamentum neque ex principio naturali, nec revela-
to afferri poteſt, impedimento eſt, quo minus quis aſſenſum
præbere poſſit, ſi vel maxime vellet. Intelligentiarum nomi-
nibus ſubjecti apparent Characteres cum planetarum domiciliis.
Characteres ſingulis Planetis plures adſcribuntur & quidem di-
ſtinctius Saturno & Jovi tres, ex mente forſitan Agrippæ, qui l. 2.
c. 22. occult. Phil. diſtinguit inter Characteres ipſius Planetæ, In-
telligentiæ Planetariæ & Dæmonij Planetæ. Verum ipſi Chara-
cteres plane diſcrepant ab Agrippæ notis Characteriſticis, item-
que libelli Arbatel dicti, magis convenientes cum Characteri-
bus planetariis amuleri i. in Tabula III. Signa Zodiaci Planeta-
rum ſignis ad juncta domos, ut Astrologi vocant, Planetarum
denotant, quibus ſingulatim duæ attribuuntur, quorum una di-
urna ſeu masculina; alterum nocturna ſeu fœminina dicitur, ex-
ceptis luminaribus, quibus una tantum adſcribitur, nimirum
Soli ☉ & Lunæ ☾. Sic Saturno domus diurna & masculina
est ☿ nocturna & fœminina ♄; Jovi diurna ♃; nocturna
♄. Marti diurna ♀; nocturna ♂ Veneri nocturna ♀; di-
urna ☿. Mercurio nocturna ♀; diurna ☿. Intelligent
autem Astrologi per domum Planetæ, interpretante J. B. Mo-
rino Astrolog. Gall. L. 15. c. 13. partem Zodiaci Planetæ magis
congruentem ſecundum intrinſecam naturam Elementalem, &
proinde etiam ſecundum influentialem. In qua definitione
præſupponitur naturalis cœli diſtinctio in 12. ſigna cœleſtia æ-
qualia, & natura ſignorum diverſa ſecundum diverſitatem ele-
mentorum: Planetarum natura diſtincta ſecundum qualitates
elementorum: Planetarum diſtinctio in masculinos, in quibus
qualitates activæ prædominantur paſſivis; & fœmininos, in qui-
bus paſſivæ activis: vis Planetarum aucta à ſignis ſimilis naturæ,
in quibus exiſtunt, ut omittam Morini diſtinctionem inter natu-
ram Planetæ elementalem & cœleſtem ſeu influentialem. Hæc
poſteriora & ſi ad reliqua amuleta properans concederem, pri-
mum tamen & præcipuum definitionis fundamentum nondum

matum est ab Astrologis argumento aliquo, ut apparet supra thesi XI. & licet in se verissimum foret, temere tamen & levissimè ab Astrologis asseritur, donec id firma aliqua ratione muniverint. Cingulo gemmæ proximo inscriptum: Exurgat DEus & dissipentur inimici ejus Num. XX. v. 35. & decussatim laminæ: Ecce vicit Leo de tribu Juda radix David. Apoc. V. v. 5. Frequentiorem abusum patitur hic locus sacer in sigillis Solaribus, de quibus infra. Denique ipsum lapidem præcingit lamella nomen URIEL more hebræo legendum, latinis tamen literis scriptum exhibens. Ipsius lapidis & crassities & transversa perimeter, cum laminæ crassitie, Tab. V. num. 3. accuratius repræsentatur. Autor hujus amuleti *κευσαλλομαντεία* eo exercuisse videtur, cui erat instar Urim & Thumim Num. XXVIII. 30. Unde factum auguror, ut Uriel inscriberetur. Alioquin Uriel Magis est præfectus plagæ australis, qui quatuor mundi plagis & ventis inde spirantibus quatuor angelos præesse profitentur, & quidem Orientali Michaellem; Occidentali Raphaellem; Septentrionali Gabrielem; Meridionali Urielem. Vid. Agripp. Phil. Occult. L. 3. c. 24.

40. Jaspis Tab. IV. n. 10. conspicitur Arabicis literis insignitus. Legendum: Bismi lahi rachimi: in nomine DEI miseratoris. Quæ verba non solum usitatius à Muhammedanis libris suis loco *بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ* inscribi solere; verum etiam in amuleto aliquo inter rationa Gerardina extare testatur Christ. Hoffman. in dissert. de Umbra in luce, Jenæ habita, pag. 349. Forte non cuivis amuletum videatur hic lapis ut pote non occultis verbis vel characteribus insignitus. Sed inde rectius colligitur, opus esse Muhammedanorum, quibus imagines vel fingere, vel pingere, vel quovis modo figurare prohibitum in Alcorano. Quare in monetis Turcicis imagines non apparent. Huc pertinet insignis locus Jo. Leonclav. Pandect. Hist. Turc. num. 55. ubi: *Causa*, inquit, *vel pretextus causæ potius, cur Talismani, velut admodum religiosi & accurati Mahumetanae legis observatores, usum numorum veterum è medio tollendum censerent, explicationem minime difficilem habet.* Quippe nota lex Mahumetis, qua statuas, simulacra, sculptas & pictas imagines, ex interdicti divini præscripto severè prohibuit: notum, quanto Zelo Musulmani Christianorum in templis

templis imagines mutilare, frangere, destruere soleant. Itaq^{ue} cum Romanorum & Græcorum Imperatorum imagines in numis & aspris expressæ conspicerentur, violari Prophetæ legem clamabant, & abolenda moneta veteris auctoris erant. Sed interim sub pretextu religionis impostores nequissimi quæstum faciebant, ut ipsimet Turci satis ingenue fatentur. Hodie non amplius animos Turcorum illa religio tantopere tangit, ut signatos Christianorum principum Characterē nummos averfentur. Immo numos sive ducatos Venetos, quibus vetita lege Mahumetis impressæ sunt imagines, Sultaninis suis, qui nihil habent legi contrarium, Arabicis duntaxat insigniti literis, longe præferunt. Taleris autem Germanicis, præsertim quibus aut ipsius Imperatoris, aut Ferdinandi Archiducis, aut Septemviri Saxonis insculpti sunt vultus, usq^{ue} adeo non infesti sunt, ut ex illis ipsis sibi prohibitis agnitos imaginibus expetant avidissime: nec dubitent, modo se pro mercibus suis eos habituros intelligant, de communi pretio trientem vel quadrantem remittere. Ne pondus quidem horum explorant, quod tamen in Sultani sui, certisq^{ue} monetis usitatis, scrupulose facere solent. Eandem ob causam in amuletis suis loco Characterum dicta devotionem aliquam spirantia adhibere consueverunt. Jaspis quoque est Tab. VIII. n. 7. notatus. in quo Luna in duas stellas posita apparet, cornua sua sursum vertens. Jaspide sæpius etiam utuntur, qui Scorpii amuleta vel conficiunt, vel fingunt, de quibus infra parâgraph. 50.

41. Smaragdus Prasinus occurrit Tab. VIII. n. 4. insculptum habens Capricornum stellis cinctum, referendus ad thesin. 53. ubi pro hujus signi tractatione commodiorem locum monstrat instituti vostri ordo. Scrupulum injiciunt alæ, quibus alioquin caret Capricornus. Ejusmodi feram caudatam & alatam refert Achates Ab. Gorlæi num. 99. Caput vero ibi Gryphis est. Hyacinthus cit. Tab. num. 6. extat, amuletum Martis, de quo infra §. 61. fusius agetur. Sarda, vulgo Corneolus ejusdem Tab. num. 5. obvius, ab antiquo artifice scalptus videtur. Cernitur enim in eo vir insidens militari thoraci seu spoliis, cujus caput lauro redimitum. Brachium, artificis ne culpa, an alia de causa, mutilum videtur, ni à tergo repositum intelligendum sit. Domina ejus ægrotantibus appendebat. Forte huc pertinet illud Raphaelis Judæi: *Hominis bene ornati imago & habentis*

bentis aliquid pulchri in manibus, si in Corneolo sculpta erit, virtutem habet stringendi sanguinem, & ad honores confert.

Amethystus n. 8. nescio quæ signa refert superstitiosa. De ejusmodi signis Gemmis & lapidibus pretiosis in sculpendis uberiorem farraginem suppeditat Dactyliothea Abr. Gorlæi & libellus Anno 1612. editus : cui Titulus : Veterum Sophorum sigilla & Imagines Magicæ sive sculpturæ lapidum & Gemmarum, secundum nomen DEI Tetragrammaton, cum signatura Planetarum, & juxta certos cœli tractus & constellationes, ad stupendos & mirandos effectus producendos. Authoribus Zoroastre Chaldæo, Salomone Rege Judæorum, Raphaele, Chale, Judæis, Hermete Ægyptio & Thetele Persa. E Jo. Tritheimii manuscripto eruta.

42. Restant lamellæ nummorum instar usualium cusæ, in quibus 1. forma notanda 2. inscriptio. De forma ita disserit Marsil. L. III. c. 18. de vita cælit. comparanda, *Postremi quidem imaginum auctores universam earum (imaginum) formam ad cæli similitudinem acceperunt rotundam.* Antiquiores autem, quem admodum in quodam Arabum collegio legimus, figuram crucis cunctis anteponebant, quia corpora per virtutem agunt ad superficiem iam diffusam. Prima vero superficies cruce describitur. Sic enim in primis habet longitudinem atq; latitudinem. Primaq; hæc figura est, & omnium recta quam maxime, & quatuor rectos angulos continet. Effectus vero cælestium maxime per rectitudinem radiorum angulorumq; resultant. Tunc enim stellæ magnopere sunt potentes, quando quatuor cæli tenent angulos imo cardines, orientis videlicet occidentisq; & mediæ utrinq;. Sic vero dispositæ radios ita conjiciunt in se invicem, ut crucem inde constituent. Crucem ergo veteres figuram esse dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum, ideoq; habere summam in imaginibus potestatem, ac vires & spiritus suscipere Planetarum. Hæc autem opinio ab Ægyptiis vel inducta est, vel maximè confirmata. Inter quorum Characteres crux una erat insignis, vitam eorum more futuram significans, eamq; figuram pectori Serapidis insculpebant. Ego vero quod de Crucis excellentia fuit ante Christum, non tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror, quam virtutis presagium, quam à Christo esset accepturi. Astrologos autem qui statim post Christum fuerunt, videntes

videntes à Christianis miranda fieri, nescientes autem vel nolentes in Jesum tanta referre, in cœlestia retulisse, quanquam considerare debebant, per crucem ipsam, absq̃ nomine Jesu miracula minime perpetrari. Convenire quidem imaginibus eam, quia referat fortitudinem planetarum omniumq̃ stellarum, forsitan est probabile, non tamen ob hoc duntaxat ingentem habere potentiam. Posse vero nonnihil una cum ceteris, quæ necessaria sunt, conjunctam, ad prosperam forsitan corporis valetudinem. Quæ de hieroglyphico crucis Ægyptiis usitatissimo Marsilius differit, prolixè confirmat & aliquot exemplis probat Athanas. Kirch. Obelis. Paraphil. L. 4. hierogram-
matis. 20. §. 1. pag. 364. & seqq. qui Characterem hunc apud Ægyptios non præcisè vitam venturam, quemadmodum vult Rufinus, Suidas, Sozomenus, Socrates (ab ipso citati) significasse existimat; sed divinæ mentis in rerum omnium productione motum & diffusionem. Cæterum de signo crucis Thetel Persa sigillo V. Crucem sculptam in fasside viridi, dicunt habere potentiam liberandi gestantem ab aquæ subversione. Quicquid vero sit de cruce Ægyptiorum, usus hodie obtinuit figuram amuletorum rotundam.

43. In inscriptione notunda tria genera signorum, de quibus idem Marsilius c. l. c. 18. ita differit: *Sunt ibi (in cœlo) formæ oculis valde conspicuæ, & à multis, quales sunt quasi depictæ, ut Aries, Taurus similesq̃ figuræ Zodiaci, & quæ sunt extra Zodiacum manifestæ. Sunt ibi præterea formæ quam plurimæ, non tam visibiles, quam imaginabiles per signorum facies ab Indis & Ægyptiis Chaldeisq̃ perspectæ, vel saltem excogitatæ, velut in prima facie Virginis virgo pulchra sedens, geminas manu spicas habens, puerumq̃ nutriens. Et reliquæ, quales describit Albumasar, ceteriq̃ nonnulli. Sunt deniq̃ Characteres quidam signorum & Planetarum ab Ægyptiis designati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc insculpi. Ut si quis expectet proprium à Mercurio beneficium, collocare eum in Virgine debeat, vel saltem ibi Lunam cum aspectu Mercurij, & imaginem tunc ex stanno conficere, vel argento, in qua sit Virginis signum, & Character ejus Characterq̃ Mercurij. Ac si prima Virginis facie sit usus, addat etiam figuram, quam in prima facie diximus observatam. Similiterq̃ de ceteris. Sed hæc non sunt perpetuæ observationis. Nam signa Zodiaci sæpius omittuntur, ut patebit ex sequentibus.*

44. Ex

44. Ex lamellis metallicis quædam sunt significatio-
 nis in-
 fluentiæ cœlestis ; quædam obscurioris. Ex illis aliæ sunt sig-
 norum Zodiaci, aliæ Planetarum. Priusquam ad amuleta signo-
 rum progrediamur, audiamus Marfilium Ficinum, qui L. 3. c.
 19. de vita cœlitus comparanda docet ipsius universi imaginem
 conflare, *ex qua beneficium ab universo sperandum videatur*. *Scul-*
pet, inquit, sector illorum forte, qui poterit formam quandam mundi
totius archetypam, si placebit in ære, quam deinde opportunè in argen-
ti lamina imprimat aurata, quando Sol minutum primum arietis atti-
gerit. Cavebit autem, ne Sabbatho Saturni die figuram sculpat aut
exprimat. Hoc enim die DEUS mundi faber ab opere traditur qui
evisse, quod ideali die Solis inceperat. Quantum enim Sol generati-
oni accomodatus est, tantum Saturnus ineptus. Perfecerat autem
opus in Venere, pulchritudinem operis absolutam significante. Quam-
obrem ille mundum suum primum die vel hora Saturni non sculpet,
sed potius vel hora Solis. Imprimet autem in anni natali, præsertim
si tunc felices accedant Jupiter atq; Diana. Optimum vero fore pu-
tabunt præter lineamenta opificio colores inferere. Sunt vero tres uni-
versales simul & singulares mundi colores, viridis, aureus, Sapphyri-
nus tribus cœli gratiis dedicati: Expedire igitur iudicabunt ad grati-
arum cœlestium munera capeffenda, tres potissimum hos colores fre-
quentissime contueri, atq; in formula mundi, quam fabricas, Sapphy-
rinum colorem mundi sphaeris inferere. Opera fore putabunt, aurea
sphaeris ad ipsam cœli similitudinem addere, sidera atq; ipsam Vestem,
id est, Terram virilem induere vestem. Ejusmodi formulam secta-
tor illorum vel gestabit, vel oppositam intuebitur. Utile vero fore
spectare sphaeram motibus suis præditam, qualem Archimedes quon-
dam, & nuper Florentinus quidam noster, Laurentius nomine, fabri-
cavit. Neq; spectare solum, sed etiam animo reputare. Proinde in
ipsis suæ domus penetralibus cubiculum construet in fornicem actum,
figuris ejusmodi & coloribus insignitum, ubi plurimum vigilet atq;
dormiat. Et egressus domo non tanta attentione singularum rerum
spectacula, quanta universi figuram coloresq; perspiciet. Hactenus
 Ficinus, qui hac sua sententia abundet.

45. Amuleta Zodiaci sunt vel ipsorum signorum, vel De-
 canorum, ni velimus cum Ficino in paragrapho 43. citato, signa
 & decanos signorum sive conjungere sive confundere. Singu-
 lorum

lorum signorum amuleta conficere prolixè docet Paracelsus lib. 2. Archidoxis Magicæ, fabricanda, Sole signa illa ingrediente, dominis eorundem feliciter positis, & appendenda die & hora Planetæ, qui signo dominatur. Junguntur ab aliis signa secundum triplicitates sive trigonos, supra thesi XI. commemoratos. Sic inter sigilla Salomonis quoque conjuncta leguntur, & quidem in ignea triplicitate ita, ut in *triangulo Leo teneat cornum, Aries in basi dextram, Sagittarius sinistram*: In terrea triplicitate in cono debet esse Capricornus, in *basis dextra Taurus, in sinistra Virgo*. Ex aereæ triplicitatis signis erit in *cuspide trianguli libra, in basis dextra Aquarius, in sinistra Gemini*. Denique ex signis aqueæ triplicitatis debet in *coronide trianguli esse Cancer, in basis dextra Pisces, in sinistra Mars* (legendum Scorpius.) Pro subiecto metalla eligit Paracelsus, gemmas Salomo. Usus horum amuletorum singulatim exponit Paracels. cit. loco; secundum trigonos quadripartitò tradit Agrippa L. 3. c. 36. Occult. Philosoph. Scil. *arietem, leonem & sagittarium triplicitatem constituentes igneam & orientalem, ferunt prodesse contra febres, paralysin, hydropi sin, podagram & contra omnes infirmitates frigidas ac phlegmaticas, & reddere gestantem gratum, facundum, ingeniosum, & honoratum: quia domicilia sunt Martis, Solis & Jovis*. Speciatim Leonis imaginem faciebant, contra phantasmata melancholica, hydropi sin, pestem, febres & ad expellendum morbos, hora Solis, primo gradum faciei leonis ascendente, quæ quidem facies ac decanatus Jovis est, sed contra calculum & contra renum morbos, ac contra nocumenta bestiarum, faciebant eandem, quando Sol in corde Leonis medium cæli obtinebat. Secundo, Gemini, libra & aquarius, quia triplicitatem constituunt aeream & occidentalem, atq; domicilia sunt Mercurij Veneris ac Saturni, dicuntur morbos effugare, & conducere ad amicitiam & concordiam, valere contra melancholiam & conferre sanitatem: & præcipue ferunt aquarium liberare à febre quartana. Tercio Cancer, Scorpius atq; Pisces, quia triplicitatem constituunt aqueam & septentrionalem, valent contra febres, calidas & siccas, item contra ethicam & omnes passiones Cholericas. Scorpius vero, quia inter membra servat genitalia, provocat ad luxuriam. Configurabant autem ad hoc ascendente ejus facie tertia, quæ est Veneris: & faciebant eandem contra serpentes & scorpiones, venena & damonia, ascenden-

te ejus facie secunda, quæ est facies Solis & decanatus Jovis. Fertur-
que gestantem etiam reddere sapientem, & colorem efficere bonum.
Ferturq; imago cancri efficacissima contra serpentes & venena, quando
Sol & Luna in eo conjuncti ascendunt in facie prima vel tertia; hæc
enim est facies Veneris, decanatus Luna: illa vero facies Luna, de-
canatus Jovis. Dicuntur etiam torqueri serpentes, cum Sol sit in can-
cro. Quarto Taurus, Virgo & Capricornus, quia triplicitatem con-
stituunt terream & meridionalem, curant infirmitates calidas, valent
contra synocham: reddunt gestantes gratos, acceptos, facundos, devo-
tos ac religiosos: quia domicilia sunt Veneris, Mercurij & Saturni.
Fertur etiam Capricornus reddere homines in columes, & loca tuta ef-
ficere, quia exaltatio est Martis.

46. Ad manus quidem nostras nullum ejusmodi signi
amuletum pervenit, abscribemus tamen, quæ de signis separa-
tim monenda occurrebant. De Ariete hæc tradit inter sua si-
gilla Raphael Judæus: *Arietis vel capitis hominis cum barba imago
in Saphyro sculpta virtutem habet sanandi & liberandi à multis in-
firmitatibus, & à carcere, omniq; molestia, estq; imago regia, dat enim
dignitates & honores ac in altum extollit*: Chael Judæus: *Arietis,*
inquit, *& Leonis medietatis figura, cum in aliquo pretioso lapide scul-
pta fuerit, cum discordes cum ea tetigeris, amabiles & concordēs effici-
entur, debetq; in argento ligari.* Idem: *Arietis figuram cum me-
dietate bovis in aliqua gemma sculptam virtutem habere scias, cum in
annulo argenteo ligata fuerit, ut quoscunq; ea tetigeris, confestim tales
concordes fiant.* Idem: *Arietis & simul Leonis figuram, si in ali-
quo pretiosorum lapidum sculptam invenies & in argenteo annulo liga-
veris, si cum eo discordes tetigeris, concordabunt.* Ant. Mizald. me-
morab. Cent. 1. n. 52. ex Ptolemæo de imaginibus, nondum, ut
ait, alicubi impresso, hæc refert: *Cum volueris fugare serpentes de
aliquo loco, ut nec tibi, nec item aliis noceant, fac imaginem duorum
serpentium in æris lamina, secunda facie Arietis ascendente: & dum
sculptur, vel fusilis projicitur, dic: Ligo serpentes per hanc imaginem,
ut nemini noceant, nec quenquam impediunt, nec diutius, ubi sepulta
fuerit, permaneant.* Deinde conde imaginem, quo loco putabis adesse
serpentes, & illico fugient, quasi objecto igne. Si quatuor feceris
imagines easq; in quatuor angulis loci sepeliveris, multo tutius egeris.
Quod aliis etiam imaginibus rite accomodabitur. Idem Cent. 9.
num.

num. 48. ex Ptolemæo taliâ docet: Cum latronem aut furem ligare volueris, & domo tua arcere, figura imaginem viri ex ære, ascendente prima facie Arietis, & Luna ibidem versante. Dum vero id fit, dicas: alligo & abigo omnem hominem furem ab hac domo per istam imaginem in æternum. Tum demum in volue illam in panno nigro, & sepeli in medio domus, & non intrabit in eam latro, aut fur, quamdiu ibi fuerit.

47. De Tauro ita nugatur Raphael Judæus: pag. 5. Tauri imago, si in Præssio sit, ad maleficia iuvare dicitur, & in magisteriis gratiam præbet. Salomo pag. 24. Tauri vel Vituli imago in magnete reperta, portanti felicia præbet itinera per omnia loca, valetq; contra omnes incantationes. Marf. Fic. L. 3. c. 21. de vita cœlitus comparanda: ad duos, ait, ardentissimo quodam amore conciliandas, imaginem sub Luna cocunte cum Venere in piscibus vel Tauro fabricabant, multis interim circa stellas verbaq; curiosius observatis, quæ referre non est consilium. Paulo post: Probabilius est effectus ejusmodi per Venereos demonas confici, his operibus verbisq; gaudentes, vel per demonas simpliciter seductores. Nam & Apollonium Thyanaum sæpe Lamias deprehendisse & prodidisse ferunt, demonas scilicet quosdam salaces, Venereosq; qui formosas puellas simulent, pelliciantq; formosos, quos ut serpens elephantem ore, sic illi illos ore, vulva pariter exugant, ac prorsus exhauriant.

48. De Cancro supra quædam dicta numero 45. De Leone plura occurrunt. Raphael Judæus pag. 5. scribit: Leonis vel Sagittarij imago, si in lapide sit, ad venena valet, & à febre liberat. Salomo pag. 24. Leonis figura in granato sculpta divitias præbet & honores, latificat, tristitiamq; expellit. Idem pag. 24. Leonis vel Draconis vultus habentis duo capita cum cauda delicata, vel viri in cuius dextra cum baculus, & percutiat caput Leonis, figuram, cum in crystallo sculptam inveneris, posuerisq; in Orichalco, sub vero lapide moschum & ambram, tecumq; portaveris, omnes tibi obedient, facultatemq; tuam amplificabis, signata cum eo cera eandem habebit virtutem. Idem pag. 40. Imago Leonis sculpta in auro, Sole existente in Leone, Luna Saturnum non respiciente, præservat à calculo calidisque agritudinibus. Marf. Fic. L. 3. c. 18. de vita cœl. comp. Leonem auro imprimebant, lapidem in formam Solis pedibus revolventem, hora Solis, primo gradu faciei secundæ Leonis oriente. Hanc expellen-

dis morbis profuturam existimabant. Ad renum morbos similem faciebant, quando ☉ in corde Leonis coelum medium obtineret, à Petro Aponensi comprobata, & experientia confirmata, sed hac conditione, ut Jupiter, aut Venus medium aspiciat coelum: Planetae vero non xij cadant, infortunatiq; sint. Mizald. sent. 1. n. 3. memorabil. Si in lamina auri purissimi figura Leonis sculpatur, Sole versante in Leone & Luna non aspiciente sextam domum, nec domino ascendente Saturnum vel ☿tem, Lunaq; ab illis recedente, valebit Sigillum huiusmodi circa renes gestatum, ad seivissimos illorum dolores & cruciatus abolendos. Et si componantur trochisci ex pulvere selecti Olibani cum hircino sanguine, imprimanturq; in dicta lamina, & siccati solvantur in vino albo, quod à jeuno bibatur, mirabilem effectum habebunt adversus calculos renum et vesicae lapidem. Idem cent. 2. num. 99. memorabil. Cum volueris cervos alicujus nemoris congregare in unum locum, fac è cupro, ascendente prima facie Leonis, imaginem cervi, quasi coeuntis cum cerva. Et dum illam facis & formas, dic: Ligo & constringo omnes cervos, sunt, qui fuerint, in isto nemore N. per hanc imaginem, ut, ubi sepulta, ad eam omnes conveniant & non recedant. Deinde sepelias in medio nemoris & miraberis effectum.

49. De Virginis signo hæc habet Mizald. Cent. 2. n. 44. memorabil. Cum volueris cogere in unum locum multitudinem corvorum, fac imaginem dimidij corvi in panno, prima facie virginis ascendente, dicendo: Non remaneat corvus in hac tota regione, qui non veniat ad hanc imaginem, quocunq; in loco sepulta fuerit. Deinde sepelias eam, ubi volueris; modo sit in loco & aere libero. Sed non est obliviscendum vel prætermittendum, quod dum formantur istæ imagines, & (ut volunt quidam) sepeliuntur, Luna debet esse in ascendente, adjuncta bonis felicitum planetarum aspectibus & procul à maleficorum contubernio, qui cadentes erunt, & dominus ascendente fortunata stella conjunctus.

50. Omnium famosissimum Scorpïi signum est. Autor iste sigillorum Salomo pag. 40. Scorpïi imago in annulo aureo & lapide bezoar impressa, aut sculpta Luna existente in Scorpione, sitq; scorpius in uno ex cardinibus mundi, ad puncturam scorpionis valet. Joseph. Scaliger Epist. pag. 485. Edit. Francofurtensis de Hali Aben Rodan refert, quod hominem à scorpione læsum sanaverit figura scorpïi grano thuris impressa, quodq; in eum gemma annuli sui figuram

ram scorpij habuerit insculptam, observatis iis ceremoniis, quæ ad id requiruntur, id est, scorpio ascendente, vel ut alij volunt, in medio Cœli existente. Conf. quæ ex eodem allata sunt supra parag. 33. Mars. Ficin. L. 3. c. 13. de vita cœlit. comp. ad locum Carpi supra pag. II. citatum hæc annotavit: *Quod quidem Haly comprobat ibi dicens: Utilem serpentis imaginem affici posse, quando Luna serpentem cœlestem subit, aut feliciter aspicit. Similiter scorpionis effigiem efficacem, quando scorpij signum Luna ingreditur, ac signum hoc tenet angulum ex quatuor unum. Quod in Aegypto suis temporibus factum ait, seq̃ interfuisse, ubi ex sigillo scorpionis in lapide Bezahar, ita facto, imprimebatur thuri figura, dabaturq̃ in potum ei, quem scorpius ipse pupugerat, ac subito curabatur. Quod quidem utiliter effici Hahameth Physicus affirmat, confirmante Serapione. Mizald. Cent. 6. num. 87. memorabil. Refert, inquit, Alexan. Joviano Pontano auctore, se vidisse hominem graviter à scorpio percussum, qui statim liberatus fuit, ebibito thure contrito, in quo calatum fuerat scorpij signum. Debet autem sculpi in lapide annulari, ascendente scorpio, dum Luna ibidem agit cardinaliter constituta: eodemq̃ sigillo aromatica imprimi, hora, qua Luna in scorpio cardinalis invenietur, & quo dictum est modo exhiberi, ex aqua, vino albo aut alio aliquo liquore. Hodie usus obtinuit, ut imago scorpij Jaspidi insculpatur, Sole ejus signum ingrediente: quem vero errorem jam dudum refutavit Sennert. cap. 18. de Chym. cum Aristotel. & Galen. conf. & dissenso, pag. 338. scribens: Verum sit sane (quod tamen nondum ab iis probatum) Scorpiones inferiores subijci signo scorpij in cœlo: Sed quid hoc ad Scorpionem gemma insculptum? Certe sculptus vel pictus canis vel scorpius non est sub eodem genere cum cane vel scorpione animali. Et pag. 339. subjungit: In his (Characteribus) figurari nihil potest; gemmaq̃, si quas vires naturales habent, sub quacunque figura illas exserunt; scribitq̃ Galenus de Jaspide, se ejus vim aquæ expertum fuisse, sine figura scorpij, ac cum ea. Adjiciendum superest, quod idem Mizald. Cent. 1. n. 19. memorabil. ex Hermete narrat his verbis: Ad sanandos genitalium dolores, ad sanguinem cohibendum, antiqui sculpebant in lamina cupri figuram scorpij, hora Saturni, surgente tertia facie aquarij cum eodem Saturno. Conf. Ficin. L. 3. c. 18. Memorabil. pag. m, 153.*

51. De Sagittario duo commentatur Mizaldus in memorabilibus suis, quorum primum extat Cent. 2. num. 8. ubi, *Cum volueris, inquit, fugare lupos ab aliqua villa aut nemore, ut nunquam ibi revertantur: Figura ascendente secunda facie Sagittarii imaginem lupi in cupro vel stanno, pedibus simul ligatis, & duos maximos canes quasi latrantes super eum. Et inter operandum dicas: Extermino per hanc imaginem omnes lupos, qui sunt in hac villa aut nemore (proprio nomine addito) ut non remaneat aliquis eorum in illo. Deinde sepeli imaginem in medio villæ aut nemoris, in volutam canina pelle, & pedes lupi sursum vertas, ut sit supinus. Sic reddes regionem à lupis immunem. Alterum, quod ex Ptolomæo tradit Cent 5. n. 100. hoc est: Cum volueris fortunatos reddere venatores, ut proficiant in venatione, tertia facie Sagittarii ascendente, & Luna in eadem versante, vel in ariete aut Leone, modo applicet Mercurio ex bono aspectu, cum receptione fac ex argento, cupro vel stanno imaginem viri, habentis in dextra manu arcum tensum, sagitta superposita, & inter fundendum vel sculpendum dicas: Per hanc imaginem ligo omnes feras sylvestres, cervos, apros, lepores &c ut nulla meam venationem subterfugiat, quin optatam portionem & prædam mihi semper relinquat. Postea tertio gradu Leonis ascendente, incipe sculpere in altera lamina ejusdem materiae, tot genera ferarum, quot erunt venationi congrua in tua regione, ac inter operandum dicas: ligo omnes feras &c. ut supra. Deinde conjunge ambas imagines conversis vultibus inter se, easq; serico panno viridi involve, et sic deliga, ut non facile separari possint. Tandem ubi venatum exire voles, defer tecum, & rem miram experieris. Verum enim vero, cave aggredi venationem, nisi cum Luna fuerit in ariete, Leone vel Sagittario. Qui enim illam initiatur ea versante in Tauro, Gemino, Scorpione vel Capricorno, nihil prædæ, vel parum admodum refert, idq; maximo cum labore.*

52. De Capricorno sigillum Chaelis Judæi ultimum hoc est: Capricorni signum sculptum in Corneolo, aut in alio lapide, in anulo argenteo liga, & tecum porta, nec enim personaliter, nec oraliter ab inimicis laderis, nec judex contra te injustam sententiam dicet, in negotiatione & honore abundabis, & amicitiam multorum acquires, & omnes fascinoes, quæ contra te factæ fuerunt, destruentur, in prælio quoq; nullus inimicus, quam etiam fortis fuerit, tibi resistere poterit. Mizald. Cent. 1. n. 43. memorab. ex Ptolomæo hoc addit: Cum volueris fugare mures de aliquo loco, in sculpe stanno vel cupro, ascendente tertia facie

facie Capricorni imaginem cati habentis murem in ore suo. Et dum figuras eam, dicito: ligo omnes mures per hanc imaginem, ut nullus in loco, ubifuerit, manere possit. Deinde sepeli in medio loco involutam corio cati, & mirum videbis experimentum.

53. Superfunt Aquarius & Pisces. De illo Hermes pag. n. 16. Aquarij figura si sculpta fuerit in viridi Jaspide, & quis secum portaverit, lucrum præbet in vendendis & emendis rebus, & ab eo mercatores consilium quærent, & in suum domicilium merces portabunt. Salomo aliquoties citatus pag. 40. hæc tradit: Imago aquarij prodest iis, qui habent falsas imaginationes, ut sunt Melancholici, quartanarij, maniaci, oportet autem ut fiat in die Solis & hora ejus, & non sit Jupiter combustus, neq; Sol sit Jove altior; neq; Saturnus sit in ascendente, neq; in 19. gr. Arietis: 3. 15. 17. Tauri, 11. Gemīnorum. 3. 4. 12. 15. 19. Cancrī. 2. 5. 19. Leonis 3. 13. 30. Virginis: 3. 5. 21. Virginis: 3. 5. 21. Libræ. 7. 18. 20. 21. Scorpionis: 13. 20. Sagittarij: 12. 13. 14. Capricorni; 7. 18. 20. Aquarij, 13. 29. Piscium: Ex Mizaldo hoc adjicimus: Cum volueris, ut pisces multi congregentur in unum locum, fac imaginem piscis ex stanno vel plumbo, ascendente prima facie Aquarij, (melius fortasse Piscium) & dum illam figuras, dic: Ligo & adjuro omnes pisces, qui sunt in flumine (nominandum est) ad tractum balistæ, ut ad hanc imaginem veniant, quotiescunq; in ejus aqua posita fuerit. Et cum volueris exire piscatum, pone eam circa rete in olla nova, & miranda ac per jucunda videbis. Hunc Mizaldi locum qui rectius ad ultimum signum Piscium referendum putat, illi nequaquam refragabor.

54. Denique de Piscibus hoc profitetur Salomo in sigillorum suorum ultimo: Imago piscium, Sole existente in piscibus, in 12. domo & Luna in ascendente, dominoq; ascendentis, & domino domus sextæ aspectu sextili aut trigono respicientibus ad invicē, aut saltem Luna respiciente alterutrum, à Podagricis doloribus gestantem sub plantis pedum liberare exprimento dicitur. Conf. Mizald. Cent. 1. n. 19. memorabil. Clausulæ loco erit, quod habet idem Mizald. Cent. 3. num. 98. memorabil. Cum volueris fugare muscas à quopiam loco, ut nulla ibi amplius videatur, fac imaginem muscæ in lapide annuli, vel ut habet codex meus, figura in lamina æris, cupri aut stanni muscam, araneam & serpentem, secunda facie Piscium ascendente. Et inter formandum dicas: Hæc est imago, qua omnes muscas exterminat in æternum. Deinde sepelias

sepelias eam in media domo, vel suspende ad aliquem locum illius. Si habueris adhuc quatuor similes, & in quatuor angulis domus sepeliveris, aut inter parietes ita occultaveris, ut à nullo possint auferri, longe melius erit. Sed hæc repositio debet fieri prima facie tauri ascendente. Sic enim nulla musca ingredietur, nec remanebit. Experimentum vidi, inquit Ptolemæus, in domo Adebari Regis sapientissimi & in magia naturali exercitissimi. In cujus palatio nec musca erat, nec vermis aliquis nocens, aut molestiam afferens. Quod ut explorarem, ait, produxi ibi muscas vivas, quæ illico interierunt.

55. De Amuletis Decanorum vix quicquam superest inter monumenta antiquæ Gentilium superstitionis. Fabricabant autem insuper amuleta eorum asterismorum, qui sunt extra Zodiacum, tam serpentionalium quam meridionalium; imo singularum stellarum, quæ primæ magnitudinis censentur & regię dicuntur. Ordiamur à polo arctico, cui proximæ Ursæ, de quibus Salomo pag. m. 34. Ceterum *Ursi* imaginem sic formarunt veteres. Binas ursas insculpunt circumvolutas à serpente, Major ursa in capite circumflexionis, minor in cauda continetur: quæ imago in aliquo lapide sculpta, gestantem scientem reddit, versutum & potentem. Raphael pag. 6. *Ursi* imago cum in *Amerbysto* sit, fugiendi daemones virtutem habet, & hominem ab ebrietate defendendi & præservandi. Corn. Agrippa L. 2. cap. 37. circa finem: Draco cum utraq; ursa reddunt hominem astutum, ingeniosum, fortem, diu & hominibus placentem. Cap. seq. 47. Sub cauda *Ursæ* majoris faciebant imaginem hominis cogitandi, vel tauri, vel figuram vituli. Valet contra incantationes, & reddit gestantem securum in itineribus.

De Dracone Raphael. in primo sigillo afferit: Draconis formosi imago, si in Rubino, sive in alio lapide similis naturæ sculpta fuerit, scias virtutem ejus esse in augendis bonis hujus seculi, gestantemq; hilarem & sanum efficere.

Cephei figura, scribit Salomo pag. 34. habentis præcinclum enssem cum brachiis & manibus expansis in lapide sculpta, cautum reddit, & scientem, & cum pulvinari dormientis supponatur, in somno res delectabiles facit apparere.

Cassiopeja, pergit Salomo l. cit. mulieris imago est sedentis in Cathedra habentis manus porrectas ad modum crucis, aliquando cum triangulo

angulo in capite, in signo autem tauri constituitur, & in septentrionali parte, ejus natura est de Saturno & Venere, cum hæc sculpta fuerit in con-
venienti lapide, virtus ejus erit, hominibus sanitatem præbere, infirma &
defatigata corpora restaurare, quietem & tranquillitatem post conceptum
laborem gestantibus præbere, amœnum & suavem somnum præstare.
Agrippa c. 37. l. 2. Occult. Philosophiæ: Cassiopeja debilia corpo-
ra restituit, & membra roborat. Andromeda puella Salomoni pag.
36. imago est, habens crines sparsos, ac remissas manus, à tauro continetur
in septentrione, Venerisq; naturæ est: ejus virtus est, si in lapide sculpta
erit, rixas & jurgia inter virum & uxorem ortas conciliare, & stabilem
amorem firmare: & à quam plurimis infirmitatibus custodire. Agrippa
c. l. Andromacha (leg. Andromeda) conciliat amorem inter virum
& uxorem; ita quod dicitur etiam reconciliare adulteros.

Perseus, inquit Salomo cit. l. ense in dextra manu, in sinistra
caput Gorgonis habens, imago est, ac locatur in tauro, & in septentrionali
parte, vim Saturni habet & Veneris, si in lapide sculpta fuerit, ab infor-
tuniis gestantem avertit, & à fulgure, tempestate præservat, non solum
gestantem, sed & loca, ubi continetur, fascinationes quoq; solvit. Agrip-
pa c. l. Perseus liberat ab invidia & maleficiis, & præservat à fulgure &
tempestate. Idem cap. 47. Sub capite Algol faciebant imaginem, cujus
figura erat caput hominis cum longa barba, habens collum sanguinolentum.
Ferunt conferre eventus petitionum, reddere gestantem audacem, & ma-
gnanimum: conservare membra corporis illæsa, conferre contra malefi-
cia, & reflectere conatus malos & incantationes malas in adversarium.

Agitatoris seu Aurigæ, verba sunt Salomonis pag. 40. imago
est hominis figura in curru tenentis hircum in humero sinistro: collocatur
in signo Geminorum, & in septentrione, naturam habens Mercurij; hæc
figura in lapide sculpta facit gestantem venatorem & fortunatum in capi-
endis animalibus. Sub Hirco, inquit Agrippa c. 47. c. l. faciebant ima-
ginem, cujus figura erat tanquam homo volens letari in instrumentis Mu-
sicis: efficit gestantem gratiosum & honoratum & exaltatum coram regi-
bus & principibus, & confert contra dolorem dentium.

Pegasi alati, scribit Salom. pag. 29. qui Pegasus dicitur,
figuram, cum in aliquo lapide sculptam invenies, optima est mi-
litantibus, & in campestri bello dat audaciam & alacritatem. Pag.
37. Pegasus sive equus alatus, vel secundum aliquos, medietas e-

qui cum aliis: secundum alios totus equus cum aliis: & sine freno, in signo arietis, & in septentrionali parte naturam habens Martis & Jovis: cum sculptus fuerit in lapide, gestanti in campestri bello victoriam prabet, & velocem, cautum, audacemq; reddit: cum vero equi collo suspendatur, aut in aqua ponatur, ubi bibat equus, à multis infirmitatibus eum liberabit. Agrippa cap. 37. Pegasus valet contra morbos equorum & conservat equites in bello.

Piscis sive Delphinus est imago gibbosi piscis: est in signo Aquarii & in septentrione, naturam habens Saturni & Martis, quod cum in lapide sculpta sit, artubusq; alligata fuerit, gestantem fortunatum efficit in piscando. Salom. pag. 37.

Vulturis imago si in Chrysolitho sit, virtus ejus erit demonas frenare & congregare, defendere locum, in quo ponitur à malis spiritibus, & ab eorum infestatione, gestantiq; demonas facit obedientes. Raphael. pag. 4. Sub Vulture faciebant imaginem vulturis vel gallinae vel hominis itinerantis. Efficit hominem magnanimum & superbum: dat posse super demones & bestias. Agrippa c. 37.

Cygni sive gallinae imago, expansis alis colloq; incurvato, figura gratum gestantem reddit populo, scientem, divitem, podagramq;, paralyfin & quartanam pellit. Salom. pag. 35. Cygnus liberat à paralyfi & febre quartanâ. Agrippa c. 37. Aquila sive vultur cadens, est imago aquila volantis cum sagitta sub pedibus, in cancro, & septentrionali parte collocatur, de natura Jovis & Martis est, sed sagitta de natura Martis & Veneris: hæ constellationes cum in lapide sculptæ erunt, gestantis veteres honorum gradus conservare & novos acquirere, adq; victoriam conferre dicuntur. Salom. pag. 36. Aquila largitur novos honores, veteresq; conservat. Agrippa c. 37. Herculis quoq; incurvati imago talis est: Vir ingenua prolapsus tenens in manu clavam interficiensq; Leonem: aliquando vir cum Leonina pelle in manu, talesq; figurae in decente lapide sculptæ ad victoriam conferunt bellicam, maxime si in Achate gestentur. Salom. p. 34. Hercules victoriam largitur in bello. Agrippa. c. 37.

Serpentarius est hominis figura habentis serpentem, tenentis in dextra caput, & sinistra caudam; est in signo Scorpionis, & in septentrione, naturam habet Saturni & Martis, Virtus ejus in lapide sculpta est valere contra venena, venenosorum animalium morsus curare, & si lotura ejus bibatur, facit venenum evomere sine læsione. Salom. p. 36. Serpentarius fugat venena & curat morsus venenatorum. Agrippa. c. 37.

Corona

Coronæ imago similitudinem coronæ Regiæ cum pluribus habet stel-
lis, interdum in similitudine regis capite coronati figuratur, existitq; in se-
ptentrionali parte & signo Sagittarij, estq; de natura Veneris & Mercurij
cumq; hæc imago in lapide fuerit sculpta, dat gestantibus honores & scien-
tiam, regiamq; gratiam. Salom. pag. 34.

56. Transeundum est ad asterismos meridionales, ex
quibus Cetus est figura magni piscis cum curvata cauda & magno ore,
continetur à tauro, & in meridionali parte naturamq; obtinet Saturni: in-
lapide hæc figura sculpta cum supra dorsum habeat serpentem cristatam,
in mari gestantem felicitat, eumq; prudentem & amabilem reddit, & ab-
lata restaurat. Salom. pag. 37. Cetus reddit amabilem, prudentem, ter-
ra mariq; felicem, facitq; recuperare ablata. Agrippa. c. 37.

Leporis ad similitudinem leporis imago est cum extensis auribus &
pedibus, ac si in cursu esset, in signo geminorum collocatur, & in meridio-
nali parte: natura ejus est Saturnia & Mercurialis: virtus hujus est
phreneticos curare & contra dæmonum versutias valere, nec à maligno
spiritu gestans poterit lædi. Salom. pag. 38. Lepus valet contra decepti-
ones & insaniam. Agrippa. cit. l.

Orionis armati hominis imago cum ense seu falce in manu colloca-
tur in signo geminorum, & in parte meridionali, Jovis, Saturni & Martis
naturam habet, hæc figura in lapide sculpta, gestantem reddit victorio-
sum, & de inimicis victoriam reportare facit. Salom. p. 38. Orion con-
fert Victoriæ Agrippa. cit. l.

De Sirio intelligenda puto hac verba Salomonis pag. 38.
Canis imago est figura canis leporini cum cauda curvata, existit in signo
Cancris, & meridionali parte naturam Veneris habens, si in lapide sculpta
sit, ipsam vim habere dicunt liberandi totaliter lunaticos, maniacos, Dæ-
moniacos: Agrippa c. 47. Sub cane majore faciebant imaginem canis
leporarij, vel puellæ virginis. Confert honorem & benevolentiam & gra-
tiam hominum & spirituum aereorum: & dat potestatem pacificandi &
concordandi reges & principes & alios homines. Canicula quoque
amuleto insculpta memoratur à Joseph. Scalig. pag. 391. Epist.
Edit. Francofurt. Si quidem per eam Sirium intelligat. Diver-
sam quippe hujus voculæ interpretationem videsis ap. Ricciol.
part. 1. Amagest. L. 6. c. 5. pag. 409.

De Procyone vero accipio hoc Salomonis dictum. pag. 39. *Canis imago sedentis in Cancro, de natura Veneris est: cum in lapide sculpta fuerit, tecumq; portaveris, hydropem non timebis, & à peste, canisq; morsu liberaberis: nec non Agrippæ c. 37. Canis curat hydropisim, resistit pestilentia & tutum reddit à bestiis & feris: qui distinctius cap. 47. ait: Sub cane minori, faciebant imaginem galli, vel trium puellarum. Confert gratiam deorum, spirituum & hominum: dat posse contra maleficia & conservat sanitatem.*

Argo navis imago est cum retorta prora & elevato velo, aliquando sine & cum remis, continetur à leone, & in meridionali parte, est natura Saturni & Martis, in lapide autem sculpta securum reddit gestantem in agendis rebus in mari, & aqua, nec ab aqua damnum capere permittit. Salom. pag. 38. Navis præstat securitatem in aquis Agrippa. cap. 37. Hydra seu serpentis imago est serpentis figura habentis supra se urnam circa caput, & corvum circa caudam, de natura Saturni & Veneris: virtus ejus est efficere gestantem ditissimum, astutum, cautum, prudentem & à nocivis rebus liberum, & resistit omni noxio colori. Salom. pag. 39. Hydra confert sapientiam & divitias & resistit venenis. Agrippa cap. 37. Sub ala Corvi, cujus character extat cap. 52. faciebant imaginem corvi vel colubri vel hominis nigri induti nigra veste. Efficit hominem iracundum, audacem, animosum, cogitabundum, maledicum: & efficit mala somnia. dat posse fugandi demones & congregandi. Proficit contra malitiam hominum & demonum & ventorum. Idem cap. 47. Centaurus est figura tauri usq; ad collum, reliqua hominis tenentis in sinistra manu hastam quiescentem supra sinistram spatulam cum appenso lepore: in dextra vero manu bestiolam resupinam cum lebeate appenso: in libra & meridionali parte constituitur: estq; natura Iovis & Martis. Virtus hujus sculpturæ est reddere gestantem constantem, & sanum perpetua sanitate. Salom. p. 38. 39. Centurus confert sanitatem & longævam senectutem. Agripp. c. 37. Sacrarii seu thuribuli figura de natura Veneris & Mercurii, cum accenso igne, cum in lapide sculpta erit, habilem gestantem ad convocandos spiritus efficit, ac in eorum conversione esse, eosq; reddit obediens; dicunt etiam gestantem reddere ornatum perpetua virginitate, cum castitatem inducat. Salom. p. 39. Ara conservat castitatem, redditq; gratum diis. Agrippa cap. 37.

Coronæ australis figura, imperiali coronæ assimilatur, de natura Saturni

Saturni & Martis in augendis divitiis ejus virtus est, hominemq; hilarem & jucundum reddere. Salom. p. 40. Tantum de asteris fixarum: de quibus quæ amuletarii delirant, eadem fere fingunt Astrologi de iis, in quorum horoscopo isti ascendunt. Quippe ex Astrologorum commentis, tanquam fundamentis artis suæ regulas deduxerunt amuletorum fabri.

§7. A fixis descendendum est ad septem stellas erraticas, quas græci Planetas vocant. Horum sigilla sive amuleta sunt vel omnium simul, vel plurium, vel singulorum. Omnium simul sunt, sive Catholica, quæ flantur in conjunctione vel omnium Planetarum in eodem signo facta; vel binorum. Subjectum amuleti dicitur Electrum, quod est massa septem metallorum: auri, argenti, cupri, ferri, stanni, plumbi & argenti vivi, certa proportionem, quam tradit Paracelsus lib. 5. Archidoxis Magicæ pag. 565. & 566. Edit. Argentorat. conflatorum. Conflantur autem metalla vel bina & bina, pro diversa conjunctione binorum planetarum, modo, quem docet Israel Hiebner myster. sigillorum, herbarum & lapidum p. 157. vel omnia simul in conjunctione omnium planetarum, in eodem signo, qualis non ita dudum Anno æræ Christianæ M Ioc LXII. d. I. II. Decembris contigit. Quæ quidem synodus, si ad rigorem Astronomicum exigatur, nulla erit, vel saltem platica, id quod prolixè ostendit Clarissimus Gedanensium Mathematicus Fridericus Buttners in Ephemeride sua Astronomica dicti anni. Requiritur quoq; metalla, prius defœcata, ad modum à Paracels. cit. loco præscriptum. Qui fore dubitant, ut termino vitæ suæ ejusmodi conjunctione omnium planetarum in eodem signo attingant, methodum Hiebnerianam eligent, cujus prolixa repetitio nobis crambe bis cocta videtur. Nos hoc loco proponemus amuletum Catholicum, dicto anno M DC LXII. confectum, cujus ectypum Amicorum quidam Augusta Vindelicorum miserat. Tab. III. n. 1. consignatum. In anteriore facie conspiciuntur tres Characterum Planetariorum series. Media vulgarium est; dextra ejusmodi fere exhibet, quales supra §. 39. exhibuimus; sinistra habet, quos autor libelli Arbatel de Magia veterum Basileæ 1575, excusi, delineavit. Triplici vero characterum serie usus est hujus amuleti artifex eodem forsitan consilio, quo autor amuleti §.

38. & 39. propositi, scilicet sequendo distinctionem, quam tradit Agrippa L. 2. c. 22. Characterum Planetæ, intelligentiæ & dæmonii. In posteriore parte duplex triangulū mutuo sibi implicatum cernitur, quod מגן דוד, scutum Davidis vocant, quo ipso David telis impervius ac invulnerabilis redditus traditur, referente Geigero de superstit. cap. 3. num. 41. In hujus schematismi triangulis exterioribus legitur אלהי אדני Dominus Deus (meus) Figuræ interiori hexagonæ pentagona inscripta cernitur, *τρίπλῆν τρίγωνον δι' ἀλλήλων καὶ πεντάγραμμον*, vulgo *Trois tenus*, /cujus autorem ferunt Antiochum Soterem, adhibiti in expeditione adversus Galatas, apicibus ita insignitis ו י ג ד א. In nostro vero exemplo inter apices extat אלהי Deus terribilis, intra eosdem, אלהי omnipotens Dominus. Denique pentagono interiori inscriptus apparet trigonus, in quo reconditum י. Ex quibus facile corrigi poterit, quicquid Chalcographus in ectypo peccavit. Aliam inscriptionem Judaicam scuti Davidici videsis Schickard. Tarchim. pag. 54. Cæterum conveniens hic explicandi amuleti argentei, quod Tab. V. n. 2. notatum, locus videtur, id quod nomen ejus מגן דוד Scutum Davidis, ab autore utrimque insculpum innuit. Ex quo ipso intelligimus, confectum id esse amuletum à Judæo quodam ad extinguenda incendia. Nam *scutum Davidis*, ut docet Schick. c. l. *superstitiosissima gens Iudaica, etiam contra ignes valere credit, atq; ut incendia restinguant, vel massæ panis inclusum, vel ejus crustæ saltem extrinsecus creta inscriptum, una cum hebræo versu Num. XI. v. 2. clamavit populus ad Moysen, וְעָרַב מֹשֶׁה אֶת הָאֵשׁ בְּהָרֹם וְהָאֵשׁ נִכְשָׁתָה* oravit, Moyses ad Dominum atq; repressus est ignis, postquam ter circumtulērunt, in flammās coniiciunt. Utrunque etiam inscriptam אלהי factitium DEI nomen, cujus singulæ literæ integras voces significant: conflatum ex אתה גבור אדני Tu fortis es in æternum Domine. Vid. Galatin. arcan. Cathol. relig. L. 2. c. 15. In facie anteriori majusculis literis expressum עמי עשי, ubi iterum singulæ literæ integras voces denotant: scilic. עזר י מעם יהוה עשה שמים וארץ *auxilium meum à Iehova, factore cæli & terræ.* Relique voces איכלזוי אשבת obscuriores, quarum singulæ literæ haud dubie etiam integras voces denotant. Faciliora intellectu inferiora: התל הארע מחרב רעה, quæ innuunt Psalm. CXLIV.

CXLIV. v. 10. הנותן תשועה עבדך מתרב רעה, *qui dat salutem regibus, qui liberat Davidem servum suum à gladio malo.* Obscuriora vero mihi omnia, quæ in posteriori facie extant: יבמי ובמלפ בשאודי ומאלחו שכו א. Quantum autem præstent ejusmodi scuta Davidica, subjungit cit. loc. Schickard. pag. 55. hisce verbis: *Ipsis vero Judæis, ut redarguantur, experientia opponi potest, quæ illos non raro frustravit, ut cum Anno 1617. Lublini plus mille: aut Anno 1544. Thessalonica supra 5000. habitationes eorum, intra sextam horam in cineres redactæ fuerunt. Imo ipse Talmud, liber gentis opinione sanctissimus, maximo numero passim per Italiam universam crematus est, ut R. Dav. in Zam. annotavit, pag. 1. f. 22. a. an igitur e tot Rabinis nemo fuit, qui tam triste fatum libri miseratus, שמות schmos, id est sacra nomina pro remedio admurmuraret? ecce vanitatem vestri Magen David! quo nec ipsum corpus à flammis tutari potest! nam si quæ verba eam vim haberent: utiq; codex Mosæicus, quo ad hoc artificium abutimini, præstaret id vel maximè. at nil juvit Rabinum, quem Imp. Hadrianus olim cremavit, quamvis eo totus involveretur. Afod. Zar. fol. 18. a. Tantum de Judaica superstitione, qua non minor est Christianorum quorundam, quam probat amuletum primum Tab. VI. quod etiam Electrale, hoc est, ex omni metallo conflatum erat. In quo vero præter pudendum sanctissimorum nominum abusum nihil occurrit uberiori explicatione dignum.*

58. Memorantur porro amuleta aliquot Planetarum. Sic ad memoriæ & ingenii præstantiam annulum ex auro puro fabricasse antiquos, in quo clausus esset adamas sub conjunctione Saturni & Jovis in ariete, ex Hermete refert Mizald. n. 19. Cent. 1. *Faciebant etiam, inquit, Agrippa de occult. Philosoph. L. II. c. 38. ex operibus Saturni simul atq; Mercurij imaginem ex metallo fusam, ad pulchri hominis formam, quam futura prædicere pollicebantur, faciebantq; eam die Mercurij, hora tertia scilicet Saturni, ascendente Geminorum sidere, Mercurij domicilio prophetas designante, Saturno & Mercurio conjunctis in Aquario nona cœli plaga, quæ & DEVS appellatur. Præterea Saturnus ex trino aspiciat ascendentem ac Luna similiter & Sol conjunctionis locum aspiciat. Venus angulum aliquem obtinens sit potens & occidentalis: Mars à Sole comburatur, sed non aspiciat Saturnum neque Mercurium: Dicebant enim, quod splendor potentiorum stellarum illarum diffundebatur super hanc imaginem, & loquebatur cum hominibus.*

bis, & annuntiabit eis utilia. De conjunctis Jove & Sole infra tradit lib. III. de vita cæl. comp. c. 18. his verbis: *Accepi à Mengo Physico præclaro ejusmodi imaginem factam Iove in corde Leonis cælum medium obtinente, conjuncto cum Sole, liberavisse Ioannem Marlianum, Mathematicum nostro seculo singularem, à pavore, quo sub tonitru affici consueverat.* Amuletum quoque plurimum planetarum videtur, cujus ectypon Lutetia ex æde Genofevæ consecrata missum adjicere volui Tab. VIII. n. 1. Sed quia certi quid de eo tradendum non habeo, à planetis junctis ad singulos tendo, quibus omnibus propria quædam amuleta fabricare docent plures scriptores, utramque amuleti faciem signantes. Rarius una ex parte tantum signatum occurrit, quale est in Tab. IV. octavum. Et quidem anteriori parte imprimere consueverunt planeta vel imaginem, qualem poetæ aut pictores fingunt, vel signum cœleste, quod Astrologi ipsi tribuunt, posteriori vero vel numeros quadrato inscriptos, vel characteres Planetarum & signorum cœlestium, tum Astrologicos, tum Magicos: adscriptis sæpius tum sacris textibus, cum nominib⁹ divinis. Imagines Planetarum sive Poeticas sive Astrologicas, quales Pictores quoque figurant, describit Agripp. Phil. occult, L. II. c. 38. & seqq. quarum ratio ex Mythologicis interpretibus petenda. In eorum locum substituit Israel Hiebnerus figuras ipsorum siderum, quales nobis per arundinem opticum intuentibus apparent. Ex signis Zodaici quænam Planetis tribuantur, & quam bene, supra dictum est thesi 39. Characteres siderum diximus vel Astrologicos qui notiores sunt usus potius Astrologici, vel Magicos varii generis, de quibus prolixè agit Kircher. Oedip. Ægypt. Tom. 2. part. 2. pag. 170. & seqq. Agripp. Philos. Occult. L. II. c. 52. De abusu sacrorum nominum & dictorum, legi merentur Geiger. de superstition. c. 3. n. 22. & Jo. Wier. de præstigiis dæm. Lib. V. c. 4. & seqq. Superfunt numeri, quos consignavit in suis mensularum areolis Agripp. Occult. Philos. L. II. c. 22. Operosus est in eruendo mensularum Planeticarum artificio Kirch. Oedip. Ægypt. Tom. II. part. 2. cap. 5. pag. 50. & seqq. Dudum vero artem peculiari scripto revelaverat Joh. Ludov. Remelinus, August. Vindel. Anno 1627. edito. Conf. Georg. Henisch. Arithmet. perfect. pag. 396. His vim aliquam inde imprimis conciliare

liare volunt, quod numeris harmonicis ipsā animā affici certum sit. Sed respondit ad hanc objectionem Delrius disquis. mag. Lib. I. c. 4. quæst. 2. Conf. Voet. Tom. III. disput. pag. 151.

59. Speciatim de Saturni amuleto hæc tradit Salomon supposititius pag. 26. *Saturni figura insculpta lapidibus est ejusmodi. Vir senex falcem tenens in manu, habens barbam non multum pilosam: hæc figura sculpta in lapide de natura Saturni gestantem reddit potentem cum continua potestatis augmentatione.* Ficinus lib. III. de vita cæl. comp. c. 18. *Saturni veteres imaginem ad vitæ longitudinem faciebant, in lapide Feyrizech, id est, sapphiro, hora Saturni, ipso ascendente atq; feliciter constituto. Forma erat: Homo senex in altiore Cathedra sedens vel dracone, caput tectus panno quodam lineo fusco, manus supra caput erigens, falcem manu tenens auspices, fusca indutus veste.* Agrippa de occult. Philosoph. Lib. II. c. 38. *Faciebant, inquit, ex operibus Saturni, ipso ascendente, in lapide, qui Magnes dicitur, imaginem hominis, cervinum vultum & camelī pedes habentis, super cathedram vel draconem sedentis: in dextra falcem, in sinistra sagittam tenentis: quam quidem imaginem sperabant sibi ad vitæ longitudinem profuturam. Saturnum etiam ad vitæ longitudinem conferre probat Albumasar in libro Sadar, ubi etiam narrat quasdam Indiæ regiones Saturno subiectas, hominesq; ibi longævos valde fore, nec nisi extremo senio decedere. Item faciebant & aliam ad vitæ longitudinem Saturni imaginem, in sapphiro, hora Saturni, ipso ascendente vel feliciter constituto, cuius figura erat homo senex super altam cathedram sedens, habens manus supra caput erectas, & in eis piscem tenens vel falcem & infra pedes ejus racemum, caput tectum habens panno nigro vel fusco, & omnes vestes ejus nigra sint vel fusca. Faciebant etiam eandem imaginem contra calculum, & renum morbos, hora scilicet Saturni, ipso ascendente cum tertia facie Aquarij. Faciebant quoq; ex operibus Saturni imaginem ad potestatem crescendi, ascendente Saturno in Capricorno, cuius forma erat vir senex baculo innixus, habens in manu falcem decurvam, nigris indutus vestibus: faciebant quoq; imaginem ex ære fusam, Saturno ascendente in ortu suo, scilicet primo gradu arietis: vel, quod verius est, in primo gradu Capricorni: quam quidem imaginem humana voce loqui confirmant.* Scalig. Epist. Edit. Francof. pag. 500. commemorat talismam Saturni argenteam factam die Sa-

K

turni

turni, in conjunctione Solis & Lunæ, horoscopante hydra: sed ut plurimum ex plumbo illam conformare docent artifices, & quidem optimo nec non prius purificando. Paracelsus Lib. VII. Archidox. Mag. pag. m. 571. plumbum Villacense commendat. Plumbi purificandi modum præscribit Hiebn. myst. Sigill. pag. 140. his verbis: Nimb zerstoßen Bleyers / laß es durch ein enges Sieb lauffen / wasche und drückne es dann/darnach setze es auf ein lind Kohlfeur / zu einem part des Erzes / nimb 2. part Weinstein / salis communis ein halb part / thue es in ein Ziegel / schmelze es mit zimlich starckem Feuer / so setzet sich der Saturnus zu boden/diñ laß kalt werden/und schmelze den Saturnum wider/und in starcken Weinessig oder kalt Wasser gegossen / so ist er purgiret. Diese purgation muß geschehen in der Influens Saturni. Idem loco imaginis, qua vulgo Saturnum representant, tricorporis Saturni phænomenon imprimere præcipit, Saturno secundum requisita Astrologica optime constituto; altera ex parte eosdem cum Paracello & aliis in mensa in novem areolas secta characteres numerorum, quos Indicos vocant, ita disponit, ut sive sursum, sive deorsum, sive dextrorsum, sive sinistrorsum sive secundum diagonalem pergas, summa obviorum numerorum ubiq; sit 15. Agrippa cit. loc. L. II. c. 22. notas numerorum hebraicas quoq; inscripsit mensulæ, cujus in fronte præfigi vult Hiebn. cit. loc. ׁ literam initialem vocis שבת, qua Saturnum exprimunt Hebræi. Usus hujus tilsemæ largum promittunt in ædificiis struendis, in agricultura exercenda, in morborum saturninorum curatione, in partu promovendo, inque fodinis, si benignis Saturni radiis de collo suspensa fuerit nigro serico involuta. Contrarium minantur, si eadem confecta fuerit sub infeliciore sideris posita. Autor quidam manuscripti de sigillis septem Planetarum perhibet, structuram ædificii nunquam absolutum iri, si eadem tilsema, Saturno retrogrado inque inimico signo posito, & Luna decrescente, confecta sub recens fundata structura recondatur, & infinitas rixas & adversitates aboriri, si die & hora Saturni deponatur.

60. De sigillo Jovis hæc commentatur Salomo pag. 32. *Jovis imago est hominis sedentis in folio seu in quadrupede cathedra virgam tenentis una, altera vero pilam, seu tenentis idolum Cancrum*
vel

vel piscem, & ante pedes habentis aquilam: sed apud Magia Doctores aliter figuratur, hominis enim figuram sculpunt cum arietino capite, rugosis calcaneis, subtili pectore, quæ si lapidi, maxime Krabati insculpatur, gestantem reddit fortunatum, amabilem, religiosisq; gratum, extollitq; ad honores & dignitates. Marsil. Ficin. c. l. ad longævam vitam, inquit, atq; felicem Iovis imaginem faciebant veteres in lapide claro vel albo. Erat homo sedens super aquilam vel draconem coronatus, hora Iovis, ipso in exaltatione sua feliciter ascendente, croceam induto vestem. Agrippa cit. L. cap. 39. scribit: ex operibus Iovis faciebant ad vitæ longitudinem imaginem hora Iovis, ipso in exaltatione sua feliciter ascendente, in lapide claro & albo, cuius figura erat homo coronatus croceis indutus vestibus, equitans super aquilam vel draconem, in dextra sagittam habens tanquam missurus eam in caput aquilæ vel draconis ejusdem: faciebant & aliam Iovis imaginem eadem opportunitate in lapide albo & claro, præcipue in crystallo: & erat homo nudus coronatus, elevatis & conjunctis manibus, tanquam deprecans, sedens in cathedra quadrupedali, quæ feratur à quatuor pueris alatis, quam quidem imaginem augere felicitatem, divitias, honorem, & conferre benevolentiam, & prosperitatem & ab inimicis liberare confirmant. Faciebant & aliam Iovis imaginem ad religiosam & gloriosam vitam atq; ad fortune dexteritatem: cuius figura erat homo habens caput Leonis vel arietis, & pedes aquilinos, croceis indutus vestibus, dicebaturq; Jovis filius. Hodie tillemam Jovis parant ex stanno, cuius exemplum extat in Tab. III. n. 2. Artificium parandi exponit Paracelsus c. l. & Hiebner. c. l. pag. 142. qui metallum prius purgari vult hoc modo: Zerschmelze Blei/ (rectius Zinn) und wann es wol heiß ist / so wirff Hars dar auff/jedes mahl ein wenig/6. oder 9. mahl/wenn es nun darauß verbrennet / so gieß in Rautensafft oder Rautenwasser / so ist es purgirt. Dieses muß in einer Influens Jovis geschehen/etc. Loco imaginis usitatoris & supra descriptæ adhibet characterem sideris Astrologicum, circumscriptis quatuor satellitibus Jovis. In designatione mensulæ sedecim areolis distinctæ & in qua numeri utcumque secundum latera & diagonales collecti faciunt 34. à Paracelso & aliis non differt, nisi quod in fronte tabulæ ponat 3 literam initialem vocis קדק qua stellam Jovis Hebræi notant. Agrippa cit. l. c. 22. præter characteres numerorū vulgares,

res, Hebraicas etiam proposuit. Monstrosioris amuleti Jovialis typum edidit Jo. Wierus L. V. de præstigiis dæmon. c. 10. in cujus fabrica plures detestandas ceremonias adhiberi narrat. Plurimas utilitates ei tribuunt in favore hominum conciliando, inprimis Ecclesiasticorum & Forensium, in curandis morbis Jovialibus, ut vocant, in pellendis dæmonibus & peste, si ferico ceruleo involutum gestatur, ut mavult Hiebnerus.

61. Martis sigillum ita describit Salomon c. 1. *Martis imago multipliciter in lapide figuratur, interdum cum vexillo in manu, interdum cum lancea, aut alio instrumento bellico, semper tamen armatus, & aliquando equester; hujus lapidis sic sculpti virtus gestantem reddit victoriosum, audacem, bellicosum, maximè vero si sculptatur in lapide virtutis consimilis.* Ficin. c. 1. *contra timiditatem*, ait, *hora Martis imagines fabricant prima Scorpionis facie oriente, Martem armatum & coronatum.* Agrippa cit. loc. refert. *Ex operibus Martis faciebant imaginem hora Martis, ipso ascendente in secunda facie arietis, in lapide Martiali, præcipue in adamante, cujus forma erat homo armatus supra Leonem equitans, in dextra habens enseni nudum erectum, in sinistra caput hominis gestans.* Ferunt hujusmodi imaginem reddere hominem potentem in bono & in malo, ita quod timebitur ab omnibus: & qui gestaret eam, tribuunt ei vim fascinandis, ita quod terrebit homines aspectu suo, quando irascitur, & liget in stuporem. *Faciebant aliam Martis imaginem ad conferendam audaciam, animositatem & fortunam in bellis & rixis: cujus forma erat miles armatus & coronatus, cinctus gladio, in dextra longam gerens lanceam: faciebantq; eam hora Martis, prima scorpionis facie, cum ipso ascendente.* Ab hodiernis artificibus sigillum Martis ex ferro conficitur, cujus exemplum dedimus Tab. III. n. 3. Conficiendi amuleti artem docet Paracelsus c. 1. & Hiebner pag. 144. qui ferri purificationem & necessariam statuit & his verbis comunicavit: *Wasche limaturam Martis wol sauber/leg sie in Menschen Harn und acetum vini destillatum, laß 9. oder 10. Stunden darinnen liegen/darnach außgenommen/und die dicke Haut abgewaschen / dieselbe limaturam lege ein Stund in aquam tartari, so wirds roth / wie Kupffer / dann wider gewaschen / so ist es recht. Diese purgation muß auch in einer Martialischen Influenz geschehen.* Idem in locum viri armati, quo sigillum frequentius signare

re

re consueverunt, substituit figuram, qua indutus Mars per tubum opticum insipientibus apparet. Eadem mensula ipsi ac reliquis sculptoribus in viginti quinque areolas distincta, cujus numeri inscripti, si modo prius dicto utcunque colligantur, 65. exhibent, ab Agrippa & vulgaribus & Hebraicis characteribus conotati. Solus Hiebn. in fronte praefixit מלחמא literam vocis מלחמא quæ Hebræis Martem significat, initialem. Summum ejus usum prædicant in certaminibus & præliis & martialibus morbis tollendis, ex mente Hiebneri rubro serico in volvendi sicque à collo suspendendi.

61. Huic sigillo subjungimus amuleta illa, quæ corpus contra omnem ictum sive gladii sive globi impervium reddere dicuntur. Horum tria exempla delineavimus citata Tab. III. num. 5. 6. & 7. Cui verò professioni Magicæ quantum fidei tribuendum sit, audiamus solidius differentem, prolixius licet, Celeberrimum Dn. Berneggerum p. m. & ad quæstionem in Tacitum 39. *An amuletis militaribus aliqua contra vulnera vis insit?* ita respondentem: *Amuleta & remedia contra tela, vulnera & sanguinem sistendi, non tam veteribus præstantissimis heroibus ac viris, quam hodierno die plurimis semichristianis, in usu fuisse, & adhuc esse, historia contestantur. Ad stipulatus huic superstitioni Nahoda beguca Princeps regionis Malacæ, teste Osorio Lib. VII. de rebus Ind. & Af. qui in conflictu cum Malacensibus, multis vulneribus conscissus, ita cecidit, ut nullum sanguinem emitteret: cum vero illum nudassent & armillam ex auro factam, in qua lapis quidam erat inclusus, detraxissent: magna repente vis sanguinis ex illis vulneribus emanavit; qui lapis, teste eodem Osorio, ex bestiis quibusdam eruitur, quas Siamenses Cabrisias appellant. Qui lapis mirificam adstipendum sanguinem vim continere dicitur. Similis historia recensetur à Molano, affirmante Petro Mattheo, cum anno 1568. Princeps Auraicus numeroso exercitu in Brabantiam irrumpere tentaret, in agro Juliacensi, prope Trajectum ad Mosam fluvium, quendam Hispanum captivum milites arbori alligatum, sclopetis vel bombardis manuariis occidere conabantur: verum frustra suos in illum tormentorum globos emiserunt, nec ulla ratione creberrimis ictibus ledere potuerant, quippe amuleto munitum: quo sublato, primo ictu bombardæ extinctus occubuit. Aliud exemplum narrat Salustius Pha-*

ramundus in Carolo Allobroge, sive historia de superventu Allobrogum in urbem Genevam A. C. 1602. Militum audaciam auxisse initio quaedam incantamenta Carminum, quæ à Jesuitis Thononianis accepisse aiebant, quibus se munirent, contra hostium virtutem & vires. Vis ebantur (inquit) in illis cruce, principium Evangelij S. Johannis, nomina B. Mariæ, Jesu, Trinitatis, & haud scio qui ignoti characteres, subsignatis verbis istis lingua Francica: Quicumq; hanc schedulam portaverit, eo die non peribit, neq; terra, neq; aqua, neq; gladio. Nec mendax fuit, licet solenni suo usus sit, Satan. Nam postridie strangulati, in aere perierunt. Hæc ille. Cæterum unde vitalis amuleti insit, item an & quatenus iis uti sit licitum, si quaeratur, nos sententiæ Joannis Georgij Godelmanni Consiliarij Electoris Saxonici præstantissimi adstipulamur. qui lib. 1. cap. 8. de curatione morb. præstig. postquam naturales & rationales curationes admittit, ita scribit: quando res naturales, ut herba, incerta cœli constitutione collectæ, characteres, sigilla, carmina, Evangelium S. Johannis, quæ neq; qualitati elementari, nec occultis viribus agere possunt, collo aut cæteris corporis partibus appenduntur, aut ad fugandos Demones, aut ad avertendos globos bombarda, ictus gladij vel haste; tum illa amuleta fiunt sacramenta Diaboli, etsi morbi per tales appensiones curentur, aut aliæ actiones, non viribus earum rerum fiunt, sed Diabolus ipse, ex pacto vel tacito vel manifesto per illas curat & agit, permittente D E O. Pergit idem & ait: naturalia sunt licita, & sunt res, quæ sua sive occulta qualitate divinitus in prima sua creatione indita, semper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur sive sua sympathia, sive antipathia, qualia esse creduntur, radix & semen pœoniæ collo appensa: item viscus quercinus collo appensus, in præservandis & curandis liberis ab epilepsia: item quod Corallium rubrum orificio ventriculi appensum corroboraret ventriculum. Sic annulum ex ungula Alcis, digitis vel manuum vel pedum gestatum, mederi convulsioni, non quidem sua qualitate, sed occulta virtute, ut Medici scribunt. hæc ille. Hanc veram sententiam confirmat Camerarius meditat. Historiarum Cent. III. cap. 30. dum ita inquit; Etenim hæc quoq; est idololatria, si vis curandi, herbis, plantis, animalibus, metallis tribuatur, nisi eadem opera, laus ad DE-um referatur. Et Augustinus cum Chrysostomo statuit, meram esse idololatriam, si charta aut characteres collo appendantur, quicquid et-
iam

iam illis inscribatur, si ignorantes fecerint; sortilegium vero, si istud illi commiserunt, qui norunt interdictum, nec eo minus fidem superstitionibus adhibent. Vide & Plin. LXXVIII. c. 2. Hist. nat. Huc pertinent, quæ recenset Boissard. de divin. p. 56. c. 6. Comes illustris Germanus, vir non malus, qui maiorem vitæ partem impenderat in comitatu Caroli V. Rom. Imp. cuius amplum dominium cis Rhenum extenditur, schedulam exhibuit, me presente cuidam viro Nobili, quem mittebat ad Joann. Guilielmum Ducem Vimariensem, equitatum Germanicum ad Carolum IX. Gallia Regem ducentem, qui eo tempore hærebat Metis Mediomatricum urbe: cuius milites spoliaverant equis & vestimentis tres Comitatus famulos in sylvis Austrasiis, inter Surrapontum & Metas. Ut autem hic, cui schedula data erat, posset tutius ad Principem commeare, & insidias Saxonum equitum vitare, scriptum in membrana secundina commissum erat tale: In nomine DEI patris omnipotentis, patris majoris Circuli, qui me defendat ab omni gladio acuto, sagitta venenata, sclopeto ignito, verberethali, & mortifero vulnere: Amen, amen, amen. Membrana illa tribus circulis depicta erat, crebra crucis imagine & characteribus incognitis designata, in quam comes ille insusurrabat arcana quædam verba, & anhelitu capite in crucem rotato muniverat: Hac serico rubro involuta, & filo serico puniceo appensa è collo fultus vir ille missus est Metas, ad repetendos equos ab equitibus raptos, quos cum in portarum exitu non invenisset, (nam ad quartam milliariis partem ponte Mosellano prope Molinum abducti flumen trajecerant) iussus est exercitum sequi usque Cathalaunum Campaniæ, ubi Matrona uno ponte superanda est: Juraverat Princeps Vimariensis, se morte puniturum raptos, si agnoscerentur: cuius iram formidantes prope Pagum Gravelatæ, non procul ab urbe Metensi, locis infractis & difficilibus equites Saxonicis crebris sclopetorum ignitorum ictibus, & exertis gladiis infesto agmine obruerunt miserum hominem, & ex equo discusserunt eum cum sua scheda Magica: corruit ille quidem thorace plumbeis glandibus transosso multis in locis, sed illaesa tamen cute. Cumque parum fideret in cantationi magica, metu consternatus, eonverso itinere ad Dominum suum reversus est: illique ostendit pettus duobus in locis gravi contusione lividum, & vibices in brachiis crebras: quas necesse fuit sanari Chirurgorum ope, & scarificatione facta multum sanguinis purulenti inde eximere. Asseverabat comes

mes

mes, id evenisse ex defectu fidei: tantumq₃ in schedam certitudinem in-
esse credenti, ut ea munitus posset plumbeos globos fragore ignito è tor-
mentis emissos ore aperto sine ullo periculo excipere; & nudum pectus
omnibus inimicorum gladiis exponere sine metu: imo & hoc addebat,
si quis tormentū in eum exereret, possetq₃ tubi foramen intueri, ante-
quam ignis intueretur, pronuntiatis aliquot verbis, neq₃ flāma sulphu-
reum pulverem corriperet, immotaq₃ tormenti rotula, globus ultra tu-
bioram non posset exeri. Mirum est astu Demonis usq₃ adeo Christi-
anorum iudicium dementari, ut hæc flagitia nomine & prætextu fidei
usurpent; asserantq₃, quia nomen D E I in his magicis incantationi-
bus invocetur, & signa crucis Characteribus monstrosis misceantur,
Dæmones cogi ad ea, quæ jubentur, & ab eis extorqueri, licet invitis,
quæ impij Magi exigunt. Sed & hic Comes ex professo habebat spi-
ritum familiarem, quem assererat esse ex cœlestibus Geniis, cuius con-
silio utebatur in omnibus, quæ domi forisque peragenda suscepisset.
Novum non est hæc exerceri ab iis, qui militiam sequuntur. Omnes
fere reges antiqui habuerunt in suo exercitu aliquos, qui arte Magica
crediti sunt mala à militibus avertere, & damna hostibus inferre va-
ria. Plurima exempla exhibet. cit. loco pag. 17. Conf. Hotting.
Tom. 5. Hist. Eccles. pag. 653. & 654. Quibus nil addo monen-
dum, nisi detestandum signi crucis abusum, de quo uberius tra-
ctat Geiger. de superstit. cap. 3. num. 26. Amuleta hæc Turcis
quoque usitataiora sunt. Vid. Leur. cl. Hist. Musulm. pag. 35. & 36.
Hotting. de Cippis Hebr. pag. 174. & 175.

62. Solis sigillum crebrius occurrit, cuius septem exem-
pla aurea proposuimus accurate delineata Tab. IV. num. 1. 3. 4.
6. 7. 8. & 9. unicum dictæ Tab. num. 2. notatum plumbeum e-
rat, haud dubie aurei prototypi ectypon. De hoc sigillo ita citatis
locis Salomo: Solis figura diversimode reperitur, interdum instar
Solis cum radiis circum quaq₃, aliquādo instar hominis sedentis in solio
cum capillis sparsis & veste profusa, nec non in curru, ac si ab equis
quadrigis veheretur, ita ut circum circa currum sint XII. Zodiaci
signa: Virtus autem hujus figuræ in aliquo lapide sculptæ gestantem
reddit imperantem, Magnatibusq₃ gratum. Ficinus: Ad morbos
curandos fingeant Solis imaginem in auro, hora Solis, prima facie
Leonis ascendente cum Sole, Regem in throno, crocea veste & corvum
Solisq₃ formam. Agrippa: Ex operibus Solis faciebant imaginem ho-
ra

ra Solis, prima facie Leonis cum Sole ascendente: cuius forma erat rex coronatus, in cathedra sedens, corvum habens in sinu, & sub pedibus globum crocea veste indutus. Ferunt hanc imaginem reddere hominem invictum & honoratum, & incepta deducere ad finem, ac somnia vana pellere, valere etiam contra febres & pestem: faciebantq; eandem in lapide balayo vel rubino, hora Solis, quando ipse in sua exaltatione feliciter ascendit. Faciebant aliam Solis imaginem in lapide adamante, hora solis, ipso in sua exaltatione ascendente: cuius figura erat mulier coronata cum gestu saltantis & ridentis, stans in curru quatuor equis tracto, habens in dextra speculum vel clypeum, in sinistra baculum super pectus innixum, flammam ignis gestans in capite. Ferunt imaginem hanc reddere hominem fortunatum & divitem & ab omnibus dilectum: faciebantq; eandem imaginem in lapide sardio hora Solis ipso ascendente in prima facie Leonis, contra passiones lunaticas, quæ proveniunt in combustionem Lunæ. Hodie quoque construunt ex auro, quod prius purificare docet Hiebnerus hac ratione: Laß 3. theil Gold fließen/und wann es im Fluß steht/ so wirff 1. Theil Antimonium zu / laß es mit einander ein achtentheil einer Stund im Feuer stehn/und wohl treiben/alsdenn in eine warme fette Gießpöckel gegossen/klopffe daran / so fällt das Gold zu grunde / und schendet sich alle Unreinigkeit ab / jedoch bleibt noch etwas wildes von dem antimonio bey dem Gold / dieses Gold giesse noch 3. mahl durch den antimonium, setz ihm alsdenn ein wenig des besten Bley, es zu/und treibs auff einer Treibscherven durch / denn blaß davon / setze das abgetriebene Gold in einen neuen Tiegel mit ein wenig Borras, schmelze es / so ist das Gold linde und zu diesem Werck gerecht. Signaturam quod attinet, una ex parte Paracelsus veteres imitatus regis in throno sedentis imaginem imprimi vult, Sole in Leone feliciter constituto; Hiebnerus vero Solis, qualem pictores figurant, maculis, quales Astronomi recentiores in hoc fide re observarunt, notatam: ab altera vero parte uterq; mensulam 36. areolis distinctam, in quibus summa numerorum sive secundum latera sive secundum diagonales aggregatorum, est III. In fronte præfixit Hiebnerus literam ך vocis ךך quæ Solem significat, initialem. Sed ex præmissis exemplis nullum sive regem sive mensulam exhibet. Plurima Leonis referunt imaginem vel cum Characterem ejus, vel cum nomine Angeli, ex sententia Hebræorum,

L

rum,

rum, signi Leonini præsidis, Verchiel. Quod signum partim
tempus innuit, quo signandum sit amuletum, scilicet quando
Sol in Leone, domicilio suo, feliciter constitutus est: opportu-
nissime quando conjungitur Regulo sive Cordi Leonis, quod
contingit sub initio Augusti. Ut autem reliquorum Zodiaci si-
gnorum cuiq; angelum quendam præsidem tribuerunt Hebræi,
ita & Leonis præsidem finxerunt Verchiel, forte dictum à be-
nedicendo: כרע enim Hebræis significat *benedixit, genua flexit*.
Omnes istos angelos ordine recenset Agrippa occult. Philo-
soph. L. 3. c. 24. Pessime vero hoc signum cœleste à Magis &
Amuletorum fabris traductum est in his operibus suis supersti-
tiosissimis ad Leonem Juda. Occurrunt insuper in his præter
abusum Evangelij Johannei, cujus initium solenne est Magis
& incantatoribus, plures aliæ insidiæ Diabolicæ. Videantur
non nemini primo sigillo inscripta vocabula corrupta hebraica,
quæ significant: *Ubi surget ad faciem nostram unus D E U S om-
nipotens*, mihi certe sapiunt Gnosticorum & Basilidianorum hæ-
reses & blasphemias. Nam J A C O nil aliud est nisi J A
Gnosticorum usitatissimum. Vid. Kirch. Oedip. Tom. 2. part.
2. pag. 461. Effenon mihi corruptum videtur ex ωφεων, de quo
vid. Kirch. cit. loc. pag. 461. & de Heloy. pag. 465. 466. Conf.
ex gemis Basilidianis Chiffetii vigesima octava & trigesima. Orig.
p. m. 295. & in ipsum not. pag. 78. Serius ad manus meas per-
venit sigillum Solis ex mente Paracelsi fabrefactum, quod Tab.
III. n. 4. locavi. Duæ lamellæ erant aureæ gummi quodam con-
glutinatæ & serico flavo involutæ. Huc pertinet locus iste
Thurneisseri supra thesi 22. citatus, quo non solum fabricam
docet amuleti; verum etiam omnem vanæ superstitionis super-
stitionem declinare pro virili studet. *Cum hoc loco, inquit, menti-
onem fecerimus Sigilli Solis, haud iniquè facturi videmur, si de modo
eiusdem parandi (ut eum intelligant & Cynici quidam, ac cavillato-
res contumeliosi, qui ejusmodi imaginibus utentes, supersticiosos præ-
stigiæ sectatores nominare non dubitarunt) paucis verba facia-
mus. Est itaq; ille, ut ex disciplina artis nostræ instituitur, talis fere.*
*Primo eligitur aurum putum sive obryzum, quodq; in examine ex-
quisitæ puritatis notas ostenderit, vel saltem (si tale non sit in prom-
ptu) cer per stibium fustum: quantitate ea, quæ ad institutum sufficiat:*
id in

id in primo Solis in primum Leonis gradum ingressu liquatum, dum adhuc candet (aqua refrigeratoria omissa) quassando complanatur, vel malleo in laminam redigitur, donec amplitudinem sigillo faciendo expetitam acquirat. Hoc facto lamina inter duos malleos signatorios, quos ante simili tempore exsculptos oportet) interposita, vehementi collisu, ut effigiem eorum hic appictam recipiat, cuditur. Atq; hæc est tota series & methodus integra, omnium illarum incantationum, conjurationum & prestigiosarum superstitionum rituumq; magicorum, quorum nos invidi quidam & mendaces omnium artium Physicarum contemptores, barbara & crassa quadam inscitia, ignorantia, atq; livore, suis se seipsum (ut quidam inquit) dentibus conficiente, contra omnem pietatem & honestatem insimulant & accusant. Ne vero iidem calumniatores & obrectatores nostri ignorent, quarum rerum imagines, typi & characteres, & quo fine in hoc sigillo calentur, exsculpantur, cudantur aut imprimantur. Tenendum est: imagine altera representari solem, altera sidus Leonis: non quod corpus illud rotundum & ex igne cœlesti in combustibili conflatum, huius vel alterius sive hominis sive bruti faciem gerat: sive etiam signum alterum cœleste quod Sol (dum Zodiacum perlustrat) certo anni tempore ingreditur & peragrat, Iselem sive simulachrum Leonis revera habeat. Sed characteres hi tantum sunt indices & significatores ingressus Solis in signa. Cum enim ingressus ejus omnibus annis varient, & iuxta horas diei naturalis viginti quatuor, hoc anno in hanc, altero in illam & sic consequenter omnibus annis in aliam atq; aliam incidant, ideo tempus & Character signi, id quod ingressus factus est, huc assignatur: idq; eo fine, ut usus sigilli rite institui possit. Subsequentia verba thes. 24. citata repeterenolo, quæ talis sequitur conclusio: Quæ cum ita sint, tum Characteres hujusmodi, tum imagines, per se nullis viribus prædita sunt, sed solummodo virtutem in sigillo reconditam, tempusq; & locum atq; tractum efficacia ejus definitum significant. Egregia utique superstitionis atque latentis Diabolicæ collusionis purgatio! Egregia probatio vis istius amuleto cœli tus influentis! Promittunt autem plurima & maxima de hoc sigillo, in primis Principum Magnatumque gratiam atque favorem, honores, potentiam & faustissima quæque, si flavo seferico involutum gestetur. Contrarium vero minantur ex infelici Solis positu.

63. Sigilli Veneris exemplum dedimus cupreum Tab. III. n. 5. De hoc Salomo pag. 33. *Veneris imagines similiter multa sunt, lapidibus tamen sequens frequentius insculpitur: Mulier cum magna veste & stola, manuq; tenens laurum: hujus virtus est agilitatem dare in rebus agendis, omniaq; ad optatum finem deducere, timorem submersionis aquaticæ auferre, honores vero muliebres afferre.* Ficinus c. 1. *Ad letitiam roburq; corporis, fingeant Veneris imaginem puellarem, poma floresq; manu tenentem, croceis & albis indutam, hora Veneris prima facie libræ, vel Piscium, vel Tauri ascendente cum Venere.* Agrippa c. 1. c. 42. *Ex operibus Veneris faciebant imaginem, quæ conveniebat ad gratiam & benevolentiam, hora veneris, ipsa ascendente in piscibus: cujus forma erat imago mulieris habens caput avis, & pedes aquilæ in manu sagittam tenens. Faciebant aliam Veneris imaginem ad amorem mulierum in lapide Lazuli hora Veneris ipsa ascendente in Tauro: cujus figura erat puella diffusis capillis, speculum habens in manu, & collo catenam alligatam, & juxta eam adolescens pulcher sinistra manu tenens eam per catenam: dextra vero ejus aptans capillos, sintque ambo amicabiliter se intuentes, & circa eos sit puer parvus alatus, ensen vel sagittam tenens. Faciebant aliam Veneris imaginem prima facie tauri vel libræ vel piscium cum Venere ascendente, cujus figura erat puella diffusis capillis, longis & albis induta vestibibus, laurum vel pomum vel flores in dextra tenens: in sinistra pectinem. Fertur efficere hominem placidum, jucundum, robustum, alacrem & conferre pulchritudinem.* Usitatus hodie ad sigilla Veneris conficienda, ex metallis adhibetur cuprum, prius secundum Hiebnerum hoc modo purificandum: *Laß Kupffer fließen / und wirff gestossen Glas darauß im fluß / laß es eine gute Stunde treiben / geuß in ein acetum destillatum, so granulirt sichs / soll geschehen / wenn eine gute Influentz Zeit Veneris eintritt.* Quidam tamen ex recentioribus, quorum non postremus Hiebnerus, stannum adhiberi malunt, cuprum tribuentes Jovi. Præter mensulam quadraginta novem areolarum, in quibus summa numerorum five notis Indicis five literis Hebraicis notatorum, secundum latera vel diagonales collecta efficit 175. reliqui scriptores nudatæ Veneris imaginem atque Cupidinis signare jubent: Hiebnerus sideris corniculati phænomenon, quale recentioribus Astronomis per tubum observantibus apparuit.

Qui

Qui & supra mensulam literam Hebræorum נ ו vtrumque, נ ו, נ ו quæ Venerem denotant, initialem inscribit. Ipsum signandi artificium descriptum prodidit præter alios Paracelsus & Hiebnerus cit. locis. Plura quoque de hoc sigillo jactitant superstitiosi, in curandis morbis aliisque rebus patrands, imprimis, quod ejus ope facile omnium hominum amorem sibi quis conciliare possit, præsertim muliebrem: imo infensissimum adversarium ad pristinum favorem revocare, si ipsi aqua pluvialis, quæ injecti amuleti vim hausit, propinetur. Insuper secum gestantes illud viridi serico involutum aptos reddere dicitur ad Musicam discendam & exercendam.

64. Venerem sequitur Mercurius, de cuius sigillo audiamus primo Salomonem, qui citato loco hæc tradit: *Mercurij figura homo est gracilis pectoris, pulchram habens barbam cum talaribus, caduceam tenentis virgam cum gallo ante pedes, aut cum serpente sub pedibus, virtus eius est conferre ad scientiam & oratoriam comparandam, mercatoribus locupletandis quæq; maximum præstat auxilium.* Secundo Marsilium, qui citato loco scriptum reliquit: *Imaginem Mercurij ad ingenium & memoriam prima facie Geminorum (veteres faciebant.) Item contra febres sculpebant hanc in marmore, subinde materie cuipiam imprimebant languentibus assumenda.* Hinc omne genus februm curari dicebant. *Forma Mercurij. Homo sedens in throno galeratus cristatusq; , pedibus aquilinis, sinistra gallum tenens aut ignem, alatus, aliquando super pavonem, dextra tenens calamus, veste varia.* Tertio Agrippam, qui cit. loc. cap. 43. ita commentatur; *Ex operibus Mercurij faciebant imaginem hora Mercurij ipso ascendente in Geminis, cuius forma erat adolescens putcher, barbatus habens in sinistra caduceum, videlicet virgam, in qua involutus sit serpens, in dextra gerens sagittam, pedes habens alatas.* Ferunt imaginem hanc conferre scientiam, & facundiam, & solertiam in mercibus atq; lucrum: præterea conciliare pacem & concordiam & febres curare. *Faciebant aliam Mercurij imaginem, ipso ascendente in virgine, ad benevolentiam, ingenium & memoriam, cuius forma erat homo sedens supra cathedram, vel pavonem equitans, pedes habens aquilinos, & in capite cristam, & in sinistra gallum tenens vel ignem.*

L 3

Hujus

Hujus amuleti exemplum attulimus Tab. IV. num. 10. fabricati secundum præcepta Paracelsi, quæ tradidit Arch. Magicæ lib. VII. pag. m. 573. Confici solet ex mercurio coagulato, quem prius purgandum docet Hiebnerus. cit. loc. pag. 150. hoc modo: *Drucke den Mercurium zwanzig oder dreissig mahl durch ein Leder/darnach reib oder wasche ihn mit aceto destillato, so ist er purgirt: Es geschicht aber solche purgation zu einer guten ankommenden Mercurialischen Influenz. Coagulatur deinceps, ut docet Paracelsus dicto loco, hoc artificio: Nimb fein Vlen vier Loth/laß es kalt fließen in einem Tiegel/und wann es wol fleußt/so nimbs von dem Feur/und laß ein wenig erkalten/und wenn es schier bestehen will / so schütte vier Loth Mercurii vivi darein. Loco hominis alati Hiebnerus adhibet figuram Mercurii corniculati, qualem recentiores Astronomorum observationes suppeditarunt, cum vulgari sideris Characterẽ. Altera ex parte mensula sexaginta octo distinguitur areolis, in quibus numeri sive Indicis characteribus plerumque expressi, sive hebraicis, quales Agrippa habet, modis supra commemoratis collecti efficiunt 260. Supra mensam locat Hiebnerus literam Hebræorum כ vocis כוכב, quæ Mercurij sidus notat, principem. Tempus insignioris influxus sideris & signaturæ operationem, his describit Paracelsus: *Als dann hab acht/wann Mercurius eines rechten und guten gangs ist / und an einem Mittwoch / so der Mond im Zwilling oder Scorpion eintritt im Puncten: Laß den Mercurium coagulatum kalt fließen / und geuß in die Form / und rüttel die Form / damit es desto reiner fall / und laß in der Form wol erkalten. Die Form soll auch erstlich ob einem brennenden Liecht bereit werden / auf daß sich im gießen vom Mercurio in der Form nichts anhencke / und gern und glat herauß gang. So aber das Sigill nicht rein und scharff genug gefallen wer im gießen / so magstu es ein wenig nach deinem gefallen verschneiden lassen. Videtur autem commentis Astrologicis convenientius in hac re differere Autor de Veterum sophorum Sigillis anonymus his verbis: *Mercurij influxum si quis pro intellectu, ingenio memoriaq, acuenda conciliare sibi cupit, observet, quo tempore anni Mercurius in geminis vel Virgine, in quibus signis suum habet domicilium, sit fortis & fortunatus in oriente vel medio cœli: inventa hora hora-*
que**

que minuto, fiat cœlestis figura una cum aspectuum delineatione diligens & artificiosa sculptura in argento puro, quæ postea serico albo inclusa reservatur, tiaræq; ea parte, qua præcise cerebellum contingit, additis moschi optimi aliquot granis, insuitur; quæcipue autem de nocte, ac evidentius illa hora & tempore, quo sculptura & inchoata, & absoluta, operationem perficere, animadversum est. Hoc anno 1608. Mercurius fortis & fortunatus est circa 11. Maii, horamq; matutinam secundam: iterumq; fortissimus & fortunatissimus existet circa 14. & 15. diem mensis Septembr. Paulo ante & post horam matutinam 5. quo tempore solem in orientali cardine antecedit in proprio domicilio, exaltatione, & felici Jovis triquetra. Amuletum hoc purpureo serico involutum gestantibus promittunt præter morborum quorundam curam, tuta itinera & miram quasvis artes discendi aptitudinem, aquam virtute injecti sigilli tinctam potantibus memoriam firmissimam omniaque pro lubitu per quietem apparitura super hoc sigillo capiti subiecto dormientibus.

65. Superest Luna, de cuius sigillo hoc memoriæ prodidit Salomo: *Lunæ Imagines variæ sunt, aliquando enim figuratur in propria Lunæ figura, cum cornibus, interdum in curru, ut puella cum canibus & pharetra, cum canibus sequentibus cervum: huius imaginis virtus est præbere expeditionem in legionibus, ex his bona & honores, inq; omnibus rebus agendis præstare celeritatem & facilitatem, adq; optatum finem omnia deducere. Verum caute observandum, ut etiam supra monitum est, Planetam, cuius imaginem in anulo conveniente sculptam cupis optime debere esse dispositum, hoc est, non combustum, retrogradum, malorumq; radiis oppressum aut tæctum, sed in bono cœli loco, oriente vel medio cœli, cum Jove vel Venere, in dignitatibusq; essentialibus, alias imago vana existet, nulliusq; momenti.* Ficinus: *Imaginem Lunæ ascendente prima facie cancri ad augmentum (veteres faciebant) Ad confirmandam sanitatem & veneficia de vitanda, imaginem ex argento fingeant hora Veneris, Luna angulos obtinente ac Venerem feliciter intuente, dūmodo dominus sextæ domus Venerem aspiciat, aut Jovem trino quodam intuitu vel opposito. Mercurius autem non sit infelix. Agebant hac hora diei Solis ultima, ita ut dominus horæ decimam teneret cœli plagam.* Agrippa c.l.p. 44. hac habet: *Ex operibus Lunæ faciebant imaginē pro itinerantibus contra lassitudinē, hora Lunæ, ipsa in exaltatione sua ascendente, cuius*
figura

figura erat homo super baculum incumbens, habens in capite avem, & ante se arborem floridam. Aliam faciebant Lunæ imaginem pro augmento terræ nascentium, & contra venena, atq; infirmitates puerorum, hora Lunæ, ipsa ascendente in prima facie cancri: cuius figura erat mulier cornuta, equitans supra taurum, vel draconem septicipitem, vel cancrum, habeatq; in dextra sagittam, in sinistra speculum, vestibus induta albis, vel viridibus: habensq; in capite duos serpentes cornibus circumvolutos: & cuilibet brachio unum habens serpentem circumvolutum: & cuilibet pedi unum similiter. Et hæc de figuris planetarum dicta sufficiant. Fabricantur hodie amuletum Lunæ ex argento, quod prius ex sententia Hiebneri sic defæcandum est: Theil das Silber gang und gar auf dem teste mit Bley/ und wan du vermeinst/daß es von andern Metall gar rein ist/ so thue es in ein Tiegel und schmelze es wider/ und wens beginnt zu glänzen und leuchten im Tiegel wie ein Wasser oder wie ein Spiegel/so wirff 10. oder 12. mahl tartarum drein. Diese purgation muß geschehen in einer Lunarischen Influenzzeit. Luna in cælo secundum requisita astrologica optime constituta una ex parte Paracelsus cum plurimis aliis figuram muliebrem imprimi vult dextra tenentem lunā corniculatam eidemq; insistentem, circumscripto Lunæ vocabulo. At Hiebnerus figuram Lunæ maculis conspersæ imprimi mavult. Altera ex parte mensula insignitur 81. areolis distincta, in quib⁹ numeri sive secundum latera sine secundum diagonales collecti efficiant 369. Supra hanc scribi præcipit Hiebnerus ל, literam vocis לבנו, quæ Lunam significat, primam. Multum huius amuleti usum prædicant, si albo serico involutum gestetur, in curandis morbis, in itineribus citra periculum, in primis maritimis obeundis, in exercendis piscationibus, & quæ plures ejusmodi farinae pollicitationes fuerint. Non solum vero ipsius Lunæ amuletum faciebant Veteres, sed etiam nodorum Lunæ & singularum hujus mansionum. Nimis autem prolixum foret dictu, verbis utor Marf. Ficini. L. III. c. 18. de vita cælit⁹ compar. quas per qualibet signa facies antiqui, & quas Lunæ stationes, tanquam necessarias in exprimendis imaginibus observabant. Nam in statione Lunæ à gradu Virginis decimo septimo ad finem ejus faciebant imagines contra morbos & odia & ad iter felix. In statione à principio Capricorni ad gradum duodecimum, contra morbos & discordias

cordias atq; captivitates. In statione à gradu duodecimo Capricorni ad gradum vigesimum quintum, adversus languorem & carcerem. In statione à gradu quarto piscium, ad gradum eiusdem decimum septimum, ad curandos morbos, ad lucrum, societatem, ad augendas messes. Et in aliis similiter alias vana sæpius curiositate machinantur. Qui reliquas omnes nosse cupit, legat Agripp. occult. Philosoph. L. II. c. 45. & 46.

66. Hactenus de amuletis significantioris influentiæ. Obscurioris supersunt aliquot, plurimaque occurrunt tum apud rerum magicarum scriptores, tum in museis harum rerum curiosorum, quæ ad alia quidem patranda quoq; adhibentur, potissimum vero ad tollendos morbos. Quæ dum scribo, in mentem incidit locus Plinii, Lib. XXX. c. 1. obvius, ubi ait: *Natam primum è medicina (Magiam) nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiore sanctioreq; quam medicinam.* Quod quidem Plinii dictum Joh. Filesc. de Idololatria Magica pag. 26. b. ita corrigit: *Verius dixisset Plinius Magiam ex curiosa res abditas cognoscendi vel habendi cupiditate enatam.* Neq; tamen negaverim, *Magiam maximum, Medicinæ prætextu, incrementum accepisse, & Magos plurimos medicinæ faciendæ specie istam infamiæ labem huic arti affricuisse.* Hujusmodi remedia amuletica plura compilavit & proposuit Paracelsus Archidoxis Mag. libro primo. De quo viro hanc ob rem ita judicavit Kirch. Oedip. Tom. 2. part. 2. cap. 6. *inter ceteros, (amuleta) ab inferis resuscitata, summo studio coluit Paracelsus impostor, qui fuisse ea in suis Archidoxis describit, ut proinde attonitus hæream, qua ratione tandem fieri potuerit, ut homo philosophus animum suum tam insanis, indignis, stolidis, & nullum in natura fundamentum habentibus commentis addicere potuerit & voluerit.* Nec minus ego miror Sebastianum Wirdigium, qui in nova sua Medicina Spiritum ad Regiam societatem Londinensem scripta, remedia etiam petit ex Talismanicis amuletis, ut satis apparet ex Lib. I. c. 26. n. 13. & Lib. II. c. 28 num. 5. Cæterum de hujusmodi remediis Talismanicis generatim hæc docet Petrus Aponensis apud Ficin. de vita cœlitus comparanda, Lib. III. c. 18. *Medicus in imagine fabricanda observet, ut anguli ascendentes, mediæ cœli, occidentis sint fortunati, & ascendens dominus, & eadem ratione secunda, sed sexta & domi-*

aus eius infelix. Ait etiam sanitatem fore firmiorem vitamq; longiorem, quam ab initio fuerat instituta, si nativitate perspecta fiat imago, in qua hæc fortunata ponatur, scilicet illius significator vita. Item vitæ datores, tum signa, tum domini, præsertim ascendens ejusq; dominus. Item cæli medium, locus Solis, pars fortune, dominus conjunctionis vel preventionis ante nativitatem factæ. Mali quin etiam infortunati cadant.

67. Præter varios characteres his amuletis præsertim inscripta apparent nomina divina, Angelorum, nec non vocabula obscuriora, ne à Magis quidem cognita. Ex characteribus frequens est sigillum Salomonis, à Mahumetanis & à Christianis multis sic dictum, quod supra Thesi 57. à Judæis scutum Davidis nuncupari diximus. Qua occasione obiter memorandum, quod Salomonem Magiæ incantatricis infimilent cum Judæi tum Mahumetani, quorum plura testimonia collegit Schickard. Tarch. p. 57. & seqq. Quibus ex Boissard. de divinatione cap. 7. pag. 59. hoc unicum addo: *Nicetas lib. 4. mentionem facit Clavicula Salomonis, quam vocat librum Salomonium. Hunc Aaron Magus apud Manuelem Comnenum Imperatorem Constantinopolitanum legens, Demonum legiones adducebat subinde interrogantium, cur accersiti essent: offerentes sese, ut alacriter jussa exequerentur.* Quanquam minime negandum, multum Salomoni tribui, quæ alieni operis sunt. Sic amuleta supra copiose citata Salomoni falso tribui, quis non consentiat? Frequens quoque abusus est in amuletis signi crucis, de quo supra. Hujus insigne documentum est amuletum argenteum in Tab. VI. numero secundum, in quo corrupti & Magici vocabuli ANANISAP-TA derivatio non neminem frustra exercuit. Sachsus Gammarolog. pag. 871. ex Freitag. noct. Med. cap. 39. pag. 193. docet, quod contra lethales morbos usurpent versum: *Ananisapta ferit mortem, qui ledere querit.* Forte igitur amuletum hoc iis appendendum, qui quocunq; lethali morbo decumbunt. Reliquos characteres quod attinet, probe distinguendum est inter characteres Cabalisticos & Magicos. Illorum specimen occurrit in amuleto cupreo, quod in Tab. V. tertio loco posuium est. In hujus limbo extat nomen Bezalael; in medio leguntur Arielis & Gabrielis, Angelorum

angelorum nomina, quorum illud quoque ex literis scripturæ cœlestis, hoc arte quadam Cabalistica, quæ Notaricon vocatur, coalitum ibidem extat. Sed Magici videntur mihi, qui in amuletis tertio & quarto Tabulæ sextæ, tertioque Tabulæ octavæ ducti cernuntur.

68. Inscripta nomina partim sunt divina, qualia in primis occurrunt in Tabulæ septimæ amuleto primo argenteo inaurato: partim angelorum, quæ occurrunt in amuleto secundo Tab. V. tertio & quarto Tabulæ VI. partim verè magica, qualia sunt amuleti tertii Tabulæ octavæ, cujus ectypon Lutetia missum erat. Ad quam classem merito referuntur cancrina, qualia in amuleto primo argenteo & secundo Tabulæ septimæ ferreo apparent. Quæ quidem licet puerilia videantur, accedente tamen superstitione, Magiæ latentis suspicionem & censuram incurrunt atque merentur. Ferreum autem una ex parte omnino fere attritum erat, sed haud dubie nominibus divinis vel angelorum insignitum. Diu hæseram, quid mensula literis Hebraicis distincta significaret, donec tandem comparatione facta, duo ista ejusdem Tabulæ amuleta, metallo quidem disparia & literis, significatione tamen convenire deprehenderim. Postulet hic forte curiosus lector, prolixiorum & clariorem ejusmodi obscurorum magicorum characterum atque vocabulorum explicationem: cui respondeo: *ne quid nimis*. Sufficiat moderato harum rerum indagatori, hanc ipsam obscuritatem Magicæ indicē cognovisse. Nam hæc barbara vocabula *magni faciunt Magi*, inquit, Ficinus de vit. cœl. comp. Lib. III. c. 21. Sic Zoroaster *vetat barbara verba mutare*. *Jamblichus quoq; similiter*. Uti autem magos vocabulis barbaris, ut in admirationem & stuporem audientes adducant, existimat Joh. Filesc. differt. de Idololatria magica cap. 7. pag. m. 54. testimonio adductus Eusebii lib. IV. Præpar. Evang. Procli libro de anima & dæmone: denique ipsorum magorum apud Hieronymum in Epist. ad Ephesios. c. 6. ex quibus Simonem Magum quoque multa vocabula barbara excogitasse testatur Nicetas post B. Epiphanium Thesauri lib. IV. c. 1. Proinde ut primus autor hujus doctrinæ amuletorum Diabolus pater mendacii; ita etiam, qui hanc artem profitentur, nescio quæ quantaque mentiuntur credulo-

rum larga præmia aucupantes. Itaque talia *nemo intelligit, nisi qui facienda curavit, & frustra illis interpretandis opera datur. Quot enim verisimilia dici possunt, quorum nullum mentem eorum aperuerit?* censente Scalig. Epiſt. Edit. Francof. pag. 391. Confer. pag. 488. Petav. in Epiphani. hæres. 34. à Chifflet. ad Macar. pag. 44. citatus appellat vocum prodigia, in quibus conflictari neque otium neque operæ pretium sit. Confer. præced. pag. 43. Imo inter ipsos Magos nondum constat, utrum barbara ista vocabula aliquid significant nec ne. Nam ut Fileſacc. c. l. testatur, Porphyrius vocabula ista barbara nihil significare dixit, Jamblicus contra, apud Deos aliquid significare contendit. Sic & *Characteres*, secundum Agrippam lib. III. c. 29. *aliam radicem non habent, præter arbitrium & auctoritatem instituentis.*

69. Unicum addo Mizaldi monitum Memorab. Cent. VI. num. 44. quod scilicet *insculpant quoque imagines sine consideratione cœli. Sic Alexander Trallianus asserit imaginem Herculis Leonem suffocantis annulo inclusam, colicis mederi.* Nec cum ullo, qui ex iis, quorum exempla proposuimus, quædam ita confecta esse affirmet, acrius contendam, quanquam, ut ex theſi secunda constat, de iis tantummodo quædam in medium proferre constituerim, quæ ad certum cœli positum fieri solent, vel facta creduntur. Quicquid vero effectus præstant amuleta, sive ad certas constellationes sive citra cœli considerationem facta, omne id superstitioni, amuletorum formæ specificæ,tribuendum est: ejus rei exemplum subjungam fide dignum. Artificiose confecerat in regni Granatensis oppido Antiquera, pro mercatore quodam Hamburgensi Augustanæ Confessionis; at in Pontificiam tum inclinanti, ex ære inaurato simulacrum Christi cruce affixi Aurifaber quidam, qui nunc nostratis Reipub. Senator adhuc vivit & olim juvenis plures in Hispania annos triverat, arte sua celebris. Anno elapso ad mercatorem artifex redux factus offendit opus artis suæ adhiberi à superstizioso mercatore, qui interim Pontificius erat factus, ad curandam, quæ tum grassabatur, pestem, cujus felicioris curæ plurima ipsi narrabantur exempla. Sciscitanti, unde tanta efficacia interim operi suo accesserit, relatum erat, quosdam in ædibus mercatoris peste decumbentes simulacrum illud adorasse, & convaluisse. Quod quam primum
inno-

innotuisset, alios ægrotantes, permissione à mercatore facta, accessime, idemque adorasse & pariter pristinae fanitati restitutos esse; iis autem, qui accedere non valerent, partem cuculli Franciscani simulacro affricatam missam esse, hacq; appensa itidem convaluisse: sicq; trecentos circiter à peste liberatos esse. Plura ejusmodi exempla occurrūt in Harsdorfferi *Schauplätze jâmerlicher Mordgeschicht*/part. 2. hist. 45. n. 3. Conf. part. III. hist. 70. n. 2. & Philandri von Sitterwald/Expert. Rupert. p. 642. & seqq. Sed finimus, quibus Franciscus Placet Gallus suum tractatum finivit, Lutetiae 1668. editū, cujus inscriptio: *la superstition du temps, reconnue aux Talismans, figures Astrales & statues fatales, contre un Livre Anonyme intitule Les Talismans Justifiez. Illiciantur Dæmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi, sed DEUS condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis: quæ cujusq; delectationi congruunt per diversa genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum. Ut autem illiciantur ab hominibus, prius eas ipsi astutissima calliditate seducunt, vel inspirando eorum cordibus virus occultum, vel etiam fallacibus amicitiiis apparendo, eorumq; paucos discipulos suos faciunt, plurimorumq; doctores. Neq; enim potuit nisi primum ipsis docentibus disci quid quisq; illorum appetat, quid exhorreat, quo invitetur nomine, quo cogatur; unde magicæ artes earumque artifices extiterunt. Maximè autem possident corda mortalium, qua potissimum possessione gloriantur; cum se transfigurant in Angelos lucis; Sunt ergo facta eorum plurima, quæ quanto magis mirabilia confitemur, tanto cautius vitare debemus. Plurima quidem supersessent de amuletiis dicenda, de literis Ephesiis commemoratis à Clem. Alexand. Strom. L. I. p. 306. & L. V. p. 568. Kirch. Oedip. Tom. 2. part. 2. pag. 469. Junio in notis ad Nov. Test. Syriacum Act. 19. 10, pag. 257. Dilher. Eclog. S. pag. 354. & seqq. De Gnosticorum sive symbolis sive amuletiis pertractatis à Macario, Chiffetio & Kircher. cit. loco pag. 459. quorum etiam plura exempla hunc in finem mihi Lutetia missa fateor; sed quia potiora officii momenta me aliorsum trahunt, ea in aliam occasionem differo, DEUmq; precor, ut hosce Dæmonum illices ab omnibus, quotquot Christiana monita admittunt, averruncet, & irretitos ab ejusmodi laqueis Satanæ liberet, & pristinae libertati restituat. Id quod DEUS faxit!*

Typographus Benevolo Lectori.

S. P. D.

Quoniam experientia mihi edocto omnino verendum e-
rat, ne loca ex Germanicis scriptoribus in hoc tractatu passim ci-
tata prius nauseam moveant evoluentibus, qui linguam Germaniam
minus callent, quam perlegerint, ut huic malo medelam afferrem, o-
mnia illa Germanice verterentur curavi, quæ sic se habent.

Pag. 1. Diß sind Zeichen/etc.

Periapteno, sunt signa, sigilla, dicta alias Ligaturæ seu
Amuleta, ex variis rebus, metallis, lapidibus, radicibus &
speciebus aliis, juxta siderum positus, ad varios casus morbosq;
confecta, cujusmodi egregiam imaginem in succino expressam,
Alexander Trallianus curandæ Cholicæ adhibuit.

p. 17. §. 20. Weil man die/etc.

Quoniam Planetæ in domibus propriis semper observari
non possunt, dies horasque eorum præcisè notasse suffecerit.

p. 33. Dieses sind güldene/etc.

Sunt nummi aurei, densiores compacti, rotundi, at-
que instar patellæ aliquantum concavi. Modo Guttæ Apollinis,
modo spermata Solis & Iridis vocantur. Virtute Solis, (per ope-
rationem influentis cujusdam naturalis atque elementaris virtu-
tis) cum Sol iridem illuminat, in ipso puncto conjunctionis ra-
diorum Solis & Iridis subito creari, ita formari ac postea decide-
re creduntur. Mirandæ in iis figuræ atque imagines, quarum
rarò duæ sibi similes judicantur sententiisque admodum adver-
santibus pronuntiantur. Appellantur etiam ἱρηνῶν à Sole &
occulta quadam spiritali præparatione, quemadmodum Græ-
cum quoque ex Ἰσχυρὴ & ἡλίου compositum descendit. Pa-
racelsus hæc fuse tractat in libris de impressionibus cœlestibus
lib. 4. c. 15.

p. 34. Es sagen etliche/etc.

Referunt variæ experientiæ homines, decidisse aliquando
de cœlo in pluvia, quæ Iris quam clarissime exsplendescens ful-
gorem suum in pluviales guttulas injecerit, nummos, antiquis
Romanorum, argento, forma ac specie, faciebus quoq; collote-
nus

mus impressis perfimiles, nisi quod undique præacutis radiis instar stellarum cingerentur, unde stellarum jacula, *Asterisci*, *Gutta Apollinis atq; Iridis flores* à nonnullis appellati.

Quanquam vero non nisi unus ejusmodi ad me pervenerit, qui mihi fictitius, humanis manibus ita fabricatus limatusque videbatur, tamen haud minus quam meteoron portentumve aliquod, quorum Plinius l. 2. mentionem facit, evenire res ista potuit. Siquidem ineffabilis Dei potentia mirificè operatur, tam in aere, lapidum, sanguinis, frumentique pluviis, quam terrâ, auri, argenti, cæterorumque metallorum proventu. Ita in lapidibus ærariis Mansfeldiæ pulchræ Imperatoris, Pontificis aliarumq; creaturarum icones nonnunquam reperiuntur, quales nec præstantissim⁹ pictor efformaverit depinxeritq; perfectius. Quemadmodum in terra quoque Sol propriam sui effigiem, faciem flammis circumdatam, lapidibus suo splendore imprimit; nec potentia Dei in aere terrâque solum, sed in vasto quoque mari miraculose se exerit, uti Petrus Bizarus libro de Motu Belgico scribit, anno 46. in Belgio è mari ad littus delatum cetum quendam, variis majorum minorumque navigiorum, velorum, malorum, sclopetorum, apparatusq; bellici classis integræ formis, bellum præliumque navale referentibus, quæ in cute & carne ejus succreverant, jamque exolescebant, inauditum hominibus horrendumque portentum. Sic hoc quoque anno 87. in Dania captum miris literarum notis inscriptum piscem, proxime excepit insperatus pii Daniæ Regis obitus. Hoc modo quin portentosa quoque fuerit illa nummorum pluvia nihil obstat.

p. 35. Und wird ihr Lager/etc.

Locusque castrorum, quo se contulere, describitur, mari propinquus, sive in faucibus jugi montium Hiroth fuisse, quo ab utroque latere claudebantur, objecto à fronte mari: cui in iis locis vicinum erat castellum Migdol, in uno montium istorum ad mare situm; Erat in eo excelsa specula, cum idolo, quod Baal Zephon seu Dominum speculæ vocabant. Iste Baal sive Idolum tuendis finibus, & ut Paulus Fagius aliique Hebræi tradunt, servis fugitivis in Ægyptum repellendis, ne quâ illa regione excederent, præerat.

Pag. 79. Laß 3. Theil/etc.

Funde tres auri partes, auroque fufo injice partem unam.
Antimo-

Antimonii, urge igne forti per octavam horæ partem; Quo facto effunde, in vas aliquod æneum calidum ac pinguedine illitum, illudque agita, sic aurum petet fundum, & omnis impuritas separabitur, nisi quod Antimonium barbari adhuc aliquid post se reliquat. Auro huic, ter adhuc per Antimonium fuso, adde non nihil plumbi purissimi, illudque in tegulâ fulminatoriâ urge, deinde distilla, & separatim aurum cum exigua Boracis quantitate novo crucibulo injice, colliquefiat, atque sic aurum ad hoc negotium erit paratum.

Pag. 82. Laß Kupffer fließen/ etc.

Cupro liquefacto injice vitrum in pulverem redactum, urge per integram horam igne forti, postea infunde illud aceto destillato, & redigatur cuprum in granula, id quod fiat tempore benignæ Veneris influentiæ.

p. 84. Drücke den Mercurium, &c.

Mercurium vices aut trices per corium trajectum abluere aceto destillato, eritque depuratus. Depuratio autem hæc fiat sub bonâ Mercurii influentiâ.

p. eadem. Nimm fein Blei/ etc.

Recipe plumbi optimi unicas duas, frigidum colliquefiat in crucibulo, sique probè fluat remove ab igne, ut aliquantisper refrigeret, & quando coagulari incipit, affunde Mercurii vivi uncias duas.

p. ead. Alsdann hab acht/ etc.

Observe, quando Mercurius probè fluat, die quodam Mercurii Lunâ Geminos aut Scorpionem ingrediente. Mercurium coagulatum frigidum fluentem funde in formam, quam agita, ut eo exactius figuram exprimat, tunc permittite ut refrigeret. Forma quoque prius supra candelam ardentem paranda est, ut in fundendo nihil Mercurii adhæreat, & facillimè extrahi queat. Sine sigillum non admodum exactum & accuratum à fusione appareat, ad placitum tuum id corrigere & efformare poteris.

p. 86. Theil das Silber/ etc.

Argentum totum quantum in testa cum plumbo divide, & cum videris, ab aliis Metallis esse purum, crucibulo iterum liquandum injice, si splendorem emittere incipit in crucibulo, instar aquæ vel speculi decies aut duodecies tartarum injice.


Hæc purgatio sub Lunari influentiâ fieri debet.

F I N I S.


Tabula I.




Tabula II.




Tabula III.




Tabula III.





Tab.V.



Tab.VI.



Tab.VII.



AMBROSII·ENVLI·EESVI·ENVLI·VESTITVI

Tab.VIII.

